

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1665**

Sectio Septima. De Baptismo Sanguinis seu Martyrio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

tamen sunt auctoritatis) eligo rursum & dico; omnes designatos & admissos, legitime vel illegitimè esse veros Suscepiores, & per consequens contrahere cognitionem spiritualem, nisi aliquid aliud obsteret. Plura de hac cognitione in materia de Matrimonio. Hec pauca impræsentiarum volui exscribere, ne principalior obligatio Patrionum videretur totaliter prætermissa.

81. Et hactenus quidem de Baptismo fluminis (qui est propriè dictum Sacramentum) & (quārum sufficit pro hoc loco) de Baptismo Flaminis, sic dictus, quoniam

in adultis supplet vicem Baptismi fluminis, conferendo gratiam sanctificatiōnē & remissionē peccatorū, quamvis diverso modo, scilicet ex opere operantis; unde non est verum Sacramentum, sed votum dumtaxat Sacramentū; perfecta utique contritio, vel amor Dei super optimam, de gibus latius disp. &c. de Virtute Pénitentie.

His duobus Baptismatibus adjungunt communiter Theologi Baptisma Sanguinis, ejus in præcedentibus aliquoties fecimus mentionem, & explicationem ad calcem disputationis rejecimus. Sit itaque

## SECTIO SEPTIMA.

### De Baptismo Sanguinis seu Martyrio.

**P**ostquam Dominus Christus in Ecclesia sua Sacramentum novi Testamenti pro Circumcisione carnis Sanctum Baptismum dedit, & apertissimè dixit: Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum calorum: iam non debemus querere, quando quisque fuerit baptizatus, sed quoscumque legimus in corpore Christi, quod est Ecclesia, pertinere ad regnum calorum, non nisi baptizatus intelligere debemus, nisi forte quos angustia temporis inventi, & nolentes negare Christum, antequam baptizarentur, occisi sunt, quibus ipsa passio pro Baptismo deputata est. Verba sunt magni Patris Aug. Epist. 108.

Ex quibus haud difficulterit unicuique colligere, quid sit Martyrium, & cur appelletur Baptismus Sanguinis? Quid, inquam, sit Martyrium, icilicet passio mortis pro fide Christi: & cur appelletur Baptismus sanguinis; quia videlicet pro Baptismo fluminis deputatur,

Queris quomodo deputetur? Audi eundem Sanctum & Exium Ecclesiae Doctorem lib. 13. de Civit. c. 7. Quicunque etiam non percepto regenerationis lavacrum pro Christi confessione moriuntur: tantum eis valeat ad dimittendā peccata, quācum si abliuerentur sacro fonte Baptismatis.

Probationem continuo attextit: Qui enim dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum: alia sententia istos fecit exceptos, ubi non minus gener alter dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & egō eum coram patre meo, qui in celis est.

Et alio loco: Qui perdiderit animam suam propter me inveniet eam. Hinc est quod scriptum est: Pretiola in confectu Domini mors

sancctorum ejus. Quid enim pretiosius quam mors per quam sit ut etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumulatissima augentur? Hoc dicit D. Aug.

De hoc ergo Martyrio praesens instituitur Sectio; & disputatur Primo, quid ad ipsum sit necessarium. Secundo, quam efficaciam habeat. Tertio, quando conferat suum effectum. Ut autem omnia cruciales proponantur, & quā partē claritate discutiantur, rursus definio seu describo Martyrium, & dico.

### CONCLUSIO I.

Martyrium est mors illata profide Christi, aut vera virtute.

**M**artyrium grāce, latīne idēm est quod testimonium; eūdēm secundum usum Ecclesiasticum appropriatum testimonio, quod dātū Dō, vel Christo per mortem. Notate verba, signate mysteria.

Primum misterium explicat D. Aug. con. 2. super illud Psal. 34. Deus meus & Dominus meus in causam meam. Non in penam meam, inquit, sed in causam meam. Non in illud, quod mecum habet latro communā, sed in illud, quod beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Hec enim causa discreta est. Nam pena summis est bonis, & malis. Itaque Mārtires non faci penā (scippe, sola) sed causā.

Hinc scribens Bonifacio comiti Epist. 50. alleveranter loquitur dicens: Veri Martires illi sunt, de quibus Dominus ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

D d 3

Quid sit  
Martyrium,  
& cui appelli-  
tur baptis-  
mus sanguini-  
dis.

S. Aug.

5. Aug.

Epist. 108.

7. Aug.

Doct. lib. 13. de Civit. c. 7.

Matth. 10. v. 32.

Mark. 16. v. 25.

Epist. 115. v. 15.

Universitäts-  
bibliothek  
Paderborn

tiam. Non ergo qui propter iniquitatem, & propter Christiane unitatis impian divisionem, sed qui propter iustitiam persecutionem patiuntur, hi martyres veri sunt.

*Mel. 42. v. 1.* Confirmat exemplo Christi: Et ipse Dominus cum latronibus crucifixum est. Sed quos passio ungebant, causa separabat, Ideo in psalmo vox illa intelligenda est verorum martyrum, voluntarij se discerni a martyribus falsis: Judicame Deus & discerne causam meam de gente non sancta: Non dixit, discerne poenam meam, sed discerne causam meam. Potest enim esse impiorum similis pena, sed dissimilis est Martyrum causa.

*3.*  
Quarum  
prima est ut  
sit testimonium fidei  
aut vera virtus

Credo jam intelligitis, quæ sit prima conditio requisita ad verum & propriè dictum Martyrium, scilicet ut sit testimonium fidei, aut vera virtus. Addo, Aut vera virtus, quia Ecclesia colit pro veris Martyribus Thomam Cantuariensem occisum in defensionem libertatis Ecclesiastice, multas Virgines interemptas pro custodia castitatis, Machabœos interfectos pro observatione legis iudaicæ.

Veri ergo Martyres sunt qui moriuntur, quia jejunaverunt, oraverunt, Missam audierunt aut celebrarunt, Sacra menta administrarunt, aut receperunt &c. hi enim omnes testimonium exhibent Deo sive Christo, quatenus profuso sanguine approbant legem Dei, & doctrinam Christi de virtutibus nobis traditam.

Num igitur dixerim Martyrem, qui occiditur, quia solvit debitum iustitiae? quia ex officio quod justum est judicavit? Dixerim plane, si solam causam mortis species: neque enim minus virtus iustitiae, quam castitatis ex fide reluet; & si castitatem corde credimus ad iustitiam, & ore confitemur ad salutem, quidni etiam iustitiam? Enimvero qui dixit: Non furaberis, etiam dixit: Non occides, Non furtum facies &c.

Vera autem virtus est quam docet vera fides,

*Si ergo à me queritur quæ sit vera Virtus, citius Respondeo, quam docet vera fides, & ideo qui confiterit veram virtutem, etiam implicitè testimonium perhibet veræ fidei, & per consequens auctori veræ fidei, scilicet Deo aut Christo.*

*5.*  
*S. Aug.*  
*1. Cor. 13.*  
*v. 3.* Dices; haeticus potest occidi pro verâ virtute, quis tamen cum dixerit Martyrem? Foris, inquit D. Aug. Epist. 204. ab Ecclesia constitutus, & separatus à compage unitatis & vinculo charitatis, eterno suppicio puriueris, etiam pro Christo virus incenderetur. Probat ex Apostolo: Hoc est enim quod ait Apostolus: Etsi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Illud verè dixit Apostolus.

Verissime. Sed revoca mihi animum ad

sanam considerationem, & sobriam cogitationem: attende diligenter, utrum hareticus, quicumque ille sit, moriatur pro fide Christi, aut virtute, quæ à vera fide Christi commendatur, & non potius pro defensione proprij judicij & arbitrij; enī vero eodem modo foret paratus mori pro quamcumque alia re, quam eodem modo credit, tametsi fidei Catholicae repugnat.

Eleganter appositè D. Aug. lib. 4. contra Jul. c. 3. Absit ut virtutes verae cinguan serviant, nisi illi, vel propter illum, cui dicimus: Deus virtutum converte nos. Prinde virtutes, quæ carnalibus delectationibus, vel quibusque commodis, & emolumentis temporalibus servient, vera prorsus esse non possunt. Que autem nulli rei servire volunt, nec ipsa vere sunt. Vere quippe virtutes Deo serviant in hominibus, à quo donantur hominibus: Deo servient in Angelis, à quo donantur & Angelis. Et putas quia virtutes serviant Deo in haeticis, qui Deovarā fide supernaturali non credunt? Quomodo ergo morientur pro veris virtutibus, qui illas in se non habent?

Ex quo etiam liquet non esse verum Martyrem, qui ex vana gloria, aut alio motivo humano mortem acceptat; quia talis non moritur pro fide Christi, aut verâ virtute; etenim si efficacia talis motivi spectetur, non minùs erit paratus ad fatigatam profundam quam veritatem, si existimer non minùs una viâ, quam alia famam se posse acquirere.

Unde D. Aug. supra: Quidquid boni sit ab homine, & non propter hoc sit, propter quod fieri debere vera sapientia præcipit, etsi officio videatur bonus, ipso non recte sine peccatum est. Possunt ergo aliqua bona fieri, non bene facientes, à quibus sunt. Bonum est enim ut subveniatur homini periclitanti, praesertim innocenti. Sed ille qui hoc facit, si amando gloriam hominis magis quam Dei facit, nou bene bonum facit: quia non bonus facit, quod non bona voluntate facit, Absit enim ut sit, vel dicatur voluntas bona, quæ in alijs, vel in seipso, non in Domino gloriatur.

Ut autem hæc difficultas perfectius exhauiatur. Noto aliud esse Martyrium parvolorum, aliud Martyrium adulorum; aliud, inquam, non in sua essentia; nam utrumque essentialiter est mors illata pro fide Christi, aut vera virtute, sed aliud in suo subiecto; hoc est, Martyrium adulorum aliquid requirit in Martyre adulto, quod Martyrium parvolorum non requirit in Martyre parvulo.

Sicut Baptismus adulti est essentialiter idem Sacramentum cum Baptismo parvulum; equidem ut valeat Baptismus adulti aliquid requiri

requiritur in adulto, quod minimè requiriatur in parvulo, ut valeat Baptismus parvuli. Et quid illud? Consensus, saltem habitualis.

Et verò quid illud, quòd indiget Martyr adactus p̄e parvulo? Consentaneus, saltem habitualis, vel interpretativus, id est, ut adulatus sit verus Martyr debet mortem illatam propter fidem Christi, aut veram virtutem, ex eodem motivo acceptare, saltem interpretativè. Alioquin quomodo moritur pro Christo, aut vera virtute? Eo modo, inquis, quo parvulus.

8. Sed contra: parvulus est incapax propriæ voluntatis, & ideo testimonium, quod nondū potest sermonis, perhabet passionem, & sufficit causa testimonio, licet non eloquio distinguatur. Unde cantat Ecclesia in Collecta: Deus cuius praconum Innocentes Martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt.

Acceptat ergo Deus illam mortem pro formalí testimonio, supplicans ex meritis Christi defectum propriæ voluntatis, ut sicut voluntas, & peccatum Adami parvulis obfuit, ut nascendo ex illo contraherent peccatum; ita voluntas, & meritum Christi illis prodebet, ut renascendo sine aqua, sive in sanguine, per ipsum consequerentur justitiam.

De adulto autem quid? Cùm sit capax propriæ voluntatis, & ut sic loquar, formaliter homo, id est, humano modo operans, iure merito ut renascendo in sanguine per Christi merita consequatur justitiam, jure, inquam, meritissimo exigit ab eo Deus testimonium non tantum materiale, per violentam mortem pro Christo illatam, sed maxime formale, id est, acceptationem illius mortis ex eodem motivo: nam & renunci in aqua non potest, nisi per voluntariam suscepionem Baptismi fluminis, ut patet ex dictis disp. 1. sect. 8. conclus. 2.

Accedit, quòd, secundum communem sensum Ecclesie, Martyrium adultorum sit actus virtutis, quem nemo propriè exercer absque aliquo suo consensu.

Quæris cuius virtutis? Respondeo illius, ex cuius motivo suscipitur. Si ergo Martyr susciperet mortem, quia est res Deo placens, erit Martyrium actus Charitatis, si autem quia conductus ad æternam vitam consequendam, erit actus spei, & sic de ceteris.

Dicitur autem communiter à DD. actus fortitudinis; quia ad Martyrium requiriatur maximum animi robur, & versatur in materia fortitudinis, idque excellentissimam. Etenim quod dicit Aristoteles, materiam

propriam fortitudinis esse pericula bellica, non est intelligendum tantum de periculis bellicis publicis, ubi pro salute patriæ decertatur, sed etiam de privatis, quando alius cuius vita ab aliquo privato impetratur.

Unde nihil obstat quòd minùs Martyrium possit esse verus actus elicitus fortitudinis (debet liquide hominem fortē porciùs mortem suscipere, quām veram fidem Christi negare) sic tamen ut sit actus interpretatus Charitatis, Spei, aut alterius virtutis cum relatione aliqua in Deum: aliis enim non patientur mortem propter Christum; nam ut homo capax propriæ voluntatis dicatur aliquid agere, vel pati propter Christum, debet aliquo modo referre actum, vel passionem suam in Christum.

Dicebat olim Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo eris nobis? Matth. 19. v. 27. Et meruit audire: Amen dico vobis, quid vos qui secuti es me, in regeneratione &c. v. 28.

Quæ verba expendens D. Hier. lib. 3. s. Hieron. in Matth. c. 19. ait: Non dixit: Qui reliquit omnia: hoc enim & Crates fecit Philosophus, & multi alij divitias contempserunt: sed: Qui secuti es me: quod proprio Apostolorum est, argue credendum:

Sed quid hoc ad propositum? Multum per omnem modum. Non dixit Christus Matth. 16. vi. 25. Qui perdidierit animam suam, invenerit eam: Nam & multi Gentiles perdidérunt animam suam propter naturalem honestatem virtutis: sed: Qui perdidierit animam suam propter me, invenerit eam; quod proprio Apostolorum est atque credendum, qui spe retributionis æternæ, vel quod perfectius est, ex affectu dilectionis Dei super omnia, maluerunt omnia relinquere, etiam vitam ipsam, quām fidem Christi, aut veram virtutem in minimo negare. His sunt qui corde credunt ad justitiam, & ore confitentur Christum, ejusque virtutes ad salutem; & ideo merentur audire à Christo: Qui confitetur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Matth. 10. v. 32.

Dixi, spe retributionis æternæ; nam quod quidam afferunt, intrà Ecclesiam Catholicam mortem debere suscipi ex pura Charitate, maximè si intelligent de Charitate Dei super omnia, nequaquam placere potest: multi enim Martyres elegerunt mortem pro fide Christi, ne vitâ æternâ exciderent, & æternam mortem pro momentanea incurerent; ut ex gestis Martyrum constat.

Et quid mirum, cùm hæc sit præcipua ratio, quam Dominus ipse nobis ob oculos ponit

Potest esse  
actus eliciti  
tus fortitudi  
nis, sic  
tamen ut sit  
actus impe  
ratu  
s Charitatis,  
Spei aut al  
terius virtu  
tis cum re  
latione alii  
qua in Deo.

10.

Matth. 16.

Matth. 10.

Constat ex  
gestis Mar  
tyrum,

11.  
Quod suffi  
ciat actus  
Spei,

Matth. 16.

ponit Matth. 16. v. 25. *Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam.* Vel ut legitur apud Evang. Mattheum c. 8. v. 35. *Qui autem perdidit animam suam propter me, & Euangelium, salvam faciet eam.* Certè innumeris locis Scriptura excitat homines ad bene operandum intuitu mercedis æternæ. Sed de hac controversia alibi.

Tantum hinc adverte locum D. Aug. quem illi Auctores adserunt pro sua opinione nihil minus probare. Est autem lib. 4. de Baptismo c. 17. ibi: *Quod si propter hoc, quia Charitas deest id est, unio cum Ecclesia Catholica, ut exponit epist. 204. supra allegata pax hæretico nihil prodest, nec illis prodest, quos in invidia intus & malevolentia sine Charitate vivere Paulus dicit, Cyprianus exponit.* Bene, optimè. Sed pessima consequentia: Ergo passio, ut profit, debet suscipi ex pura Charitate. Numquid qui suscipiunt ex spe retributionis æternæ, Paulus dicit vivere in invidia intus & malevolentia sine Charitate? Numquid Cyprianus exponit?

Probatur 1.

Sed mittamus ista, & respondeamus illis, qui jam dictis opponunt, male colligunt necessitatem acceptationis, ex eo, quod Martyrium adulorum sit actus virtutis; Primo; quia non requiritur acceptatio expressa, sed sufficit interpretativa; hæc autem, cum non sit actus specialis voluntatis terminatus ad Martyrium, nequit pertinere ad virtutem Martyrii.

Probatur 2.

Secundo; quia etiæ actus internum acceptans perfectionem mortis sit actus virtutis; ipsa tamen perpessio sœpe potest esse sine omni actu interno, ut pater in dormiente, parvulus &c.

Probatur 3.

Tertio; est quidem actus virtutis quando adeat acceptatio expressa ob motivum honestum; sicut tamen ad verum Baptismum sufficit quilibet consensus voluntatis, cur non idem sufficit ad verum Martyrium; est ad fructuosum Martyrium requiratur certa dispositio voluntatis?

Respondeo;

quia Martyrium non est tantum voluntaria perpessio mortis; sed voluntaria perpessio mortis propter fidem Christi, aut veram virtutem: quamvis nec omnis talis perpessio sit fructuosa, ut constabit ex infra dicendis de dispositio requisita in peccatore, ut in eo Martyrium operetur suum effectum.

Longè alia est ratio de Baptismo, cuius tota essentia consistit in ablutione aquæ cum certa forma verborum; quid ergo mirum, si ad valorem ejus sufficiat quicunque voluntaria, etiam ex parte fulcipientis, si alioquin in parvulis sufficit voluntarium ex parte ministrantis.

13.

Respondeo;

ultimam

probationem,

que voluntatis consensus, nam etiam que-  
cumque intentio ministri sufficit. Breviter, Affigendo  
Baptismus est Sacramentum: Martyrium dispensari  
neutiquam, sed actus heroicæ fortitudinis,  
saltē materialis, cui Deus annexuit gratiam  
sanctificantem ultra meritum.

Ad secundum dico, perfectionem mortis  
in somno, antea præyilam & accepatam,  
esse actum virtutis eo modo, quod homicidiū  
in somno antea præyilatum, & accep-  
tatum est peccatum, quod sufficit. Quod  
additur de parvulis impertinens est, quia  
probatio nostra solum loquitur de Marty-  
rio adulorum.

Venio ad primum, & audio dicentem  
Regium q. 66. a. 12. dub. 2. n. 136. Suf-  
ficit ut quis habeat voluntatem interpreta-  
tivam aut habitualem, qualis est Primo in  
eo, qui fugiens tyrannum, à quo compelli-  
tur ad impia, in fuga subito configitur.  
Secundo in eo, qui sollicitatus ad defec-  
tionem a fide, quia hanc reculavit, dormiens  
occiditur: Imò videtur sufficere, ut in  
odium fidei occidatur, etiæ de confessione  
priùs nihil cogitaverit; v. g. si in subito  
hostium incurru deprehendatur dormiens,  
& in odium fidei occidatur. Colligitur  
aperitè ex D. Tho. infra q. 87. a. 1. ad  
2. Hæc Regius.

Et probat Primo: quia hic verè perdit  
animam propter Christum, quod videtur  
sufficere ad Martyrium, cùm hoc non con-  
sistat in actione, sed passione. Secundo,  
quia infantibus hoc modo obita mors suf-  
ficit ad Martyrium; cur non etiam adulis  
justis?

Interrogo ego: cur non etiam adulis  
peccatoribus, si non ut fructum recipiant,  
saltē ut sint veri Martyes? Ratio ergo  
disparitatis supra est assignata, quia hic est  
hic, & ille est ille, id est, quia parvulus est  
incapax propria voluntatis, & adulis ca-  
pax, & ideo merito plus exigit Christus ab  
adulso, ut censeatur pro illo mori, quam  
à parvulo.

Ex quo patet responsio ad primam pro-  
bationem, nimurum Martyrium confilere  
in passione; sed voluntariâ, quando sub-  
iectum est capax. Sicut Baptismus, ut lu-  
prà dixi, consistit in ablutione activa, &  
passiva cum certa forma verborum; sed vol-  
luntariâ, etiam ex parte fulcipientis, si al-  
ioquin in parvulis sufficit voluntarium  
ex parte ministrantis.

Quid ergo ad D. Thomam? Si est sen-  
tientia D. Thome jungo dexteram. Hæc  
sunt verba ejus loco citato: *Ad secundum di-  
cendum, quod passio pro Christo susceptra..... ob-  
tinet vim Baptismi. Et ideo purgat ab omni culpa  
& veniali.*

& veniali, & mortali, nisi actualiter voluntatem peccato invenerit inherentem. Loquitur de eo, qui dormiens occideretur propter Christum.

Sed quis hoc negat? Nonne etiam Cathechumenus dormiens validè & fructuōsè potest baptizari? Nemo dubitat, si tamen antea habuisset propositionem explicatum vel implicitum Baptismi, ut dictum est disp. præced. sect. 8. conclus. 2. Ergo verus esset Martyr, qui dormiens occideretur, esto nihil antea cogitaverit, aut voluerit de Martyrio sive implicitè, sive explicitè, negatur consequentia: sicuti non sequitur; ergo dormiens, qui numquam cogitavit, aut voluit implicitè, vel explicitè Baptismum, validè baptizatur.

Ecce candide Lector quād aperte ex D. Thoma Regius colligat suam sententiam; cui prōinde merito à plurimis contradicitur; ab ijs utique omnibus, qui cundem consensum requirunt ad Martyrium, qui requiritur ad validum Baptismum. Et qui illē? Consensus ad minūs habitualis, id est, actualis præteritus, explicitus, vel implicitus, non revocatus: & ille consensus est sufficiens, ut actualis perpeccio mortis, postea involuntariè subsecuta, denominetur actus externus virtutis.

Hinc si quis ob fidem conjectus in vincula, statueret apud se mori potius, quād fidem negare; & ille postea in somnis odio fidei inteficeretur, esset verè Martyr. Nam illam mortem acceptavit; ejusque perpeccio est ei voluntaria, quatenus pender a voluntate præcedente, & habitualiter perfelerante.

19. Sed pono casum, aliquis cum S. Joanne Baptista dicit Regi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui, prævidens se propterea occidendum. Occiditur quando nihil minus cogitat: Num erit verus Martyr? Erit planè (inquis) tametsi numquam expressè & explicitè mortem acceptasset. Nam qui vult media, ex quibus advertit finem secuturum, moraliter censetur velle finem,

Sed meo iudicio res non carerit difficultate: stat siquidem cum hujusmodi actu expressa nolitus mortis. Sicut in simili diximus de Baptismo disp. præced. loco supra citato, non sufficere ad valorem Baptismi consensus interpretativum; v.g. prævider quis se baptizandum in ebrietate, inebritate, baptizatur, probabile est Baptismum non valere, nisi aliquo expresso acta acceptaverit ante ebrietatem Baptismum tunc conferendum; idque ideo, ut aliqui volunt,

quia cum illa voluntate interpretativa, stat directa nolitus Baptismi.

Unde respondeo ad probationem cum distinctione, qui vult media, ex quibus advertit finem secuturum ex natura rei infallibiliter, moraliter censetur velle finem, transcat; ex quibus advertit finem secuturum ex libera alterius voluntate, nego. Sic quippe puella honeste se ordinans non dicitur moraliter velle libidinosam concupiscentiam juvenis, nisi eam prævidat certè moraliter secutram.

Vel ergo dicendum est non requiri idem voluntarium ad Martyrium, & Baptismum; vel assendum etiam ad Baptismum sufficere consensum interpretativum, aut certè negandum hunc fore verum Martyrem. Elige quod placet; equidem tale Martyrium non erit sine aliquo vero actu virtutis, ut patet.

Neque hinc sequitur hujusmodi hominem fore verum Martyrem, quantumvis mors re ipsa non inferretur; quia non cuilibet actui virtutis promissa est gratia Martyrii, sed actui virtutis interno coniunctio cum externa perpeccione mortis.

Cæterum ad Baptismum requiri majus voluntarium docet conseqüenter Regius supra num. 137. Primo; quia per Baptismum suscipitur novus status & obligatio, quam à libero convenient libere suscipi: Iesus est in Martyrio. Secundo; quia Baptismus est institutus in remissionem peccati: Etsi autem convenias infantes, qui non peccarunt propriâ voluntate sine propria voluntate justificari, non tamen convenit adultos ita justificari, quia propria voluntate peccarunt. Unde nec Martyrium adultos peccatores justificat sine proprio moto voluntatis. In justis autem hæc locum non habent, cum non agatur de eorum conversione ad Deum, sed de munere quodam accipiendo, quod damnatum, quod Dei causa patiuntur, ejusdem liberalitate compensetur. Hec ille.

Verum enimvero si de liberalitate agitur; dicamus Deum requirere actualem Martyris ad se conversionem; num ideo non erit liberalis? Quid si sufficiat habitualis? Tantò plus erit liberalior.

Dices cum Regio supra; justis habitualiter saltem talis mors est voluntaria; quia ratione Charitatis infusa habitualiter inclinatur ad mortem Dei causâ subeundam. Cum itaque talis habitualis voluntas sufficiat, ut quedam Sacraenta cum effectu suscipiantur; nam Confirmatio, Extrema Unctio, arque Baptismus validè confertur cuivis per contritionem justificato, & jam

20.  
Responso  
ad proba-  
tionem  
sententia  
affirmata  
vix:

21.  
Regius ad  
Baptismum  
requiri  
majus vor-  
luntarium  
quam ad  
Martyrium.

Minus re-  
cte ratione  
fundatur in  
Dei libera-  
litate.

22.

Aut in chro-  
nica infusio  
na.

## De Baptismo.

402

### Disputatio 2.

& jam omnibus sensibus destituto , cur non etiam sufficiat ad effectum Martyrii, cùm Patres huic majorem vim tribuant quām Baptismo ?

Eò quod illa sit tantum implicita voluntas medium ad falelum necessarium,

Respondent aliqui ; quia justitia habitualis , & maximè contrito , per quam est acquisita , censetur implicita voluntas & acceptatio cuiuscumque mediij necessarij ad salutem : confat autem Baptismum esse medium necessarium ; secūs Martyrium ; cùm in persecutionibus per se loquendo licet fugā , pecunia , inō precibus exteriorē fidei confessionem declinare , ac veram fidem dissimulare .

23. Adde ; Confirmatio , Extrema Unctio , Eucharistia , iudic & Punitentia ,

Aut falem ordinatio-

rum ,

quamvis non omnia sint necessaria ad salutem , tamen sunt remedia ordinaria , quæ omnes Christiani in extremis petere solent , si ratione utantur ; & ideo vita Christianæ acta per frequentationem Sacramentorum , ab omnibus habetur implicita eorum petitio ; ut omittam quod , antequam inciderent in morbum , indubie lepius habuerint expressum propositum illis utendi in eo articulo ; quod propositum habitualiter perseverat , etiam dum ratione non utuntur ; quia numquam fuit revocatum .

At vero Martyrium est remedium planè extraordinarium & valde singulare , nec omnes ita sunt affecti ut id desiderent , aut aliquando desideraverint explicitè ; neque ipso modo vivendi satè declarant se id cupere ; sicut etiam non censentur velle Sacerdotium , aut Matrimonium ; quamvis sint vera Sacraenta , non minus collativa gratia sanctificantis , quām Martyrium , & alia Sacraenta , quæ omnes censentur implicitè petere .

Si reponas ; quia Sacerdotio , & Matrimonio annexuntur gravia onera , ad quae Deus neminem voluit obligare , nisi liberè prorsus consentiret . Contra facit , quod nullum sit maius onus ipsa morte , quæ non semper est in præcepto , ut statim dixi .

24. Dices ; inde solū videtur sequi , quod non velit mortem absolutè . Quod autem non velit etiam conditionatè , ut si foret inferatur dormienti , vel nihil de ea cogitanti , profit ipsi optimo modo quo potest , unde confas ? Certè rogati etiam tepidi Christiani sic responderent . Planè sic responderent ; sed hic queritur an talis voluntas sufficiat , quod multi negant .

Intetim tamen si daretur casus , quo Martyrium esset in præcepto , tunc fateor , per quemlibet actum charitatis sive con-

Nisi foret in præcep-

to ,

tritionis , aut etiam efficacis attritionis censesetur potius velle mori , quām Deum offendere aut fidem negare ; ac proinde si quis eo casu etiam de morte non cogitans occideretur , effet vētē Martyr .

Ast quis ille casus , quo dormienti v.g. qui ante nihil de confessione fidei cogitat , Martyrium est in præcepto ? Per verbum nescio solvit omnis querelio . Hecculè tunc solū præcipit Martyrium , quando vel fides est neganda , vel mors op̄petenda . Existimas autem quia dormienti qui de confessione fidei prius nihil cogitat , aliquando fidem negavit , aut negare potuit ? A sæculo non est auditum .

Quid ergo si dormiens sit peccator & solū attritus , nonne tunc salem censabitur implicitè velle illam mortem tamquam unicum medium necessarium ad salutem ? Quidni , cùm ita censeatur velle Baptismum ?

Utcumque ergo sit de voluntate tantum interpretativa , puto omnino sufficere , si quis extra pérículum sic effet sc̄ulariter constitutus , ut in necessitate faciendo alterutrum , mori maller , quād fidem negare ( si vera sit & absoluta voluntas sāpe tantum sunt velleitates ) quia præcedens voluntas non retractata sumit ut occidendum censeatur se habere passivē etiam in morali astimatione (uti in Baptismi susceptione ) neque debet ipse activè influere , cùm Martyris sit pati , non activè influite in mortem .

Nec refert quod fore in medijs perculis animum mutaret ; quia hæc conditionalis proposicio nihil ponit in re . Sicut quod infirmus hoc vel illud Sacramentum noluisse , si hoc vel illud sc̄ivisse , non tollit habitualē consensum , & implicitam p̄ditionem , si absolvē & simpliciter ante infirmitatem voluit .

Hæc est vera voluntas habitualis , qua sola vē & proprie denominatur homo habitualiter volens . Enimvero quis Theologorum sic umquam fuit locutus : Infans per Baptismum inserviat habitualiter vult & consenit in mortem pro fidē Christi postea inferendam ? Omnes per voluntatem habitualē intelligent non habitum aliquem , sed actum præteritum non revocatum .

Argue ut vera esset sententia Regij , neque enim invideo cuiquam Martyri gloriam : attamen nego illam consequentiam : ergo Martyrium adulorum non est actus virtutis . Dico quippe humili modi Martyrium nullo modo prævolum , & per consequens nec in se , nec in alio accepta .

acceptatum, non esse Martyrium adulorum, sed parvolorum; quia tales homines, quamvis vere sint adulti, tamen patientur instar parvolorum.

*Alier occidit, ceteris moriuntur, eto forent adulti.*

*Hebr. 11.*

*Ut patet in simili in adulto fine fidei actuali mortiente.*

Sicuti probabile est hominem adultum posse salvari per solam gratiam baptismalem sine ullo actu supernaturali fidei (si v. g. moriatur ante sufficientem propositionem articulorum fidei) quamvis scriptum sit de adultis ad Hebr. 11. ver. 6. Sine fide (scilicet actuali), de qua ibi tractat Apostolus, ut patet ex contextu) impossibile est placere Deo. Quomodo ergo salvatur talis adultus? Respondeo salvatur non ut adultus, sed ut parvulus; utpote per solam gratiam baptismalem sine ullo merito proprio condigno vita eterna.

Sic reserto primo mysterio, aggrediamur secundum, pro quo majoris explicatio gratia erit

## CONCLUSIO II.

Ad Martyrium verum & propriè dictum requiritur mors, violenter illata non relinquenti.

28.  
Nullus censendus  
Martyr nisi  
eius non resistenter  
mors violenter in-  
ficitur.

D. Thom.

29.  
Unde re-  
quiritur  
mors vel in

**U**traque pars suos habet antagonistas; est equidem communis sensus Ecclesia, qua non solet colere pro veris & propriè dictis Martyribus, nisi quos gladius persecutoris abstulit absque repugnantia, exemplo Christi, qui testimonium dedit veritatis, patiendo mortem violentam sine contradictione: nam cum pateretur non comminabatur, sed tamquam ovis coram tendente se obmutuit, & non spernitos suum.

Unde commune dictum: *Martyr non pugnat*: & qui illud non curat, eum tamquam communis sensui obstrepentem nec audire, nec curare debemus; sed magis auctoritudo fuit verba Doctoris Angelici 3. parte quest. 66. art. 11. in corpore: *Et ideo preter Baptismum aquae, potest aliquis congeui Sacramenti effectum ex passione Christi, in quantum quis ei conformatus pro Christo patiendo. Conformatur, inquam, sustinendo mortem sine meritis mortis, ab ini-  
micis fidei, pro veritate fidei, non relin-  
cendo. Sed expendamus singula.*

Primo ergo requiritur mors, re ipsa quidem ad completestimum, & securissimum genus Martyrij: attamen sufficeret ad ve-

rum Martyrium, quod esset talis causa se, vel in sua causis mortis polita, ex qua naturaliter con- queretur mors, nisi divinitus impedi- tur: prout impedita fuit in tribus pueris in fornace Babylonica, Joanne Euange- lista missio in ferventis olei dolium, & plu- ribus alijs, qui ab Ecclesia inter Martyres numerantur. Profecto quod effectus divinitus impediatur auget vim testimonij: quippe per hoc fit omnibus manifestum, Deum illius causam approbare.

Utraque enim est ef- ficiax fidei testimo- nium:

Unde acceptatio illa mortis, est tam efficax fidei testimonium, quam si re ipsa mors subsequeretur. Quis ergo formi- det tales præmium & laureolam Marty- rii consecuturos, si in gratia finaliter de- cesserint? Taliter autem illos discedere, qui fortiter dimicando jan ad terminum sui cursus pervenerant, nisi speciali Dei operatione fuisse prolongatus, pie omnino credendum est.

Et vero licet ab antiquis Tertulliano, Cypriano, & alijs sepe confessores illi, qui pro Christo pati cœperant, fuerint in- ter Martyres numerati, tametsi neicum lethalia vulnera accepissent, aut sufficiens causa mortis posita fuisset; tamen hoc tem- pore non solent Martyres vocati, nisi fal- tem arumnis & squaloribus pro Christo toleratis confecti, mortem oppotierint; qua- liter obierunt Marcellus Papa conjectus in stabulum bestiarum, & Leocadia virgo carceri inclusa.

Parum quippe refert quo modo, aut quo instrumento mors inferatur: sufficit ut infligatur alteri, quod spectatis personæ circumstantijs est ei causa mortis: quan- tumvis etiam nullum actu cauferet dolorum, quem Deus subinde impedit in Martyribus. Ipsa mors est fatis ingrata, ejus- que acceptatio molesta. At vero si mors aliunde superveniat, Martyres non erunt; et si in carcere moriantur.

Numquid ergo veri Martyres, qui moriuntur in servitio pestiferorum; & qui- cumque qualitercumque pro fratribus moriuntur? Non ausim assertere propter com- munem sensum Ecclesia in contrarium: nulquam enim legitur Ecclesiam censuisse Quales nos sunt qui servitio pe- stiferorum immorium tuus, ac habuisse pro veris & propriè dictis Martyribus, qui animam suam pro fratribus posuerunt vel in servitio pestiferorum, vel in iusto bello.

Dico, *Pro veris & propriè dictis Martyr-ibus*; quoniam in Martyrologio Ro- mano ad 28. Februarij sic scriptum repe- riō: *Commemoratio SS. Presbyterorum, Dia- conorum, ac ceterorum ministrorum, qui tempo- re Valentiniiani Imperatoris, cum pestis sevissima*

Ecc 2  
graffia

grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissimè mortem oppeterunt, quos velut Martyres religiosa piorum fides venerari consuevit.

Quamquam  
velut Mart-  
tyres reli-  
giose pio-  
rum fides  
eos vene-  
tut.  
Martyrol.  
Rem.

Quos, inquam, velut Martyres, id est, ad similitudinem verorum Martyrum, quamvis tales non sint, religiosa piorum fides, propter excellentiam charitatis ( Maiorem enim hanc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis, ait Christus Joan. 15. v. 13.) venerari merito consuevit; tiquidem pro vera causa Martyrii mortem operiere, licet non eo modo, quo veri Martyres.

Queris quis sit ille modus? Beati (inquit Martyr Martyrum) qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsum est regnum celorum. Beati eis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me; gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celo. Matth. 5. v. 10. 11. & 12.

Num illi, qui pestiferis inferviunt, persecutionem patiuntur? Quis sic loquitur? Moriuntur quidem pro fratribus; sed aliud est mori, aliud mortem inferri pro fratribus, quod ultimum videtur requiri ex communione Ecclesie & DD. ad propriè dicatum Martyrium, à quo nolumus recedere propter oppositam paucorum Recentiorum opinionem sine sufficienti fundamento.

Quamquam existimem fieri posse, ut tantum mereatur apud Deum, qui infervit pestiferis cum periculo infectionis, & certe mortis inde proventur, quām qui idem ministerium exhibet cum periculo mortis à tyranno infligendae, futurus utique, & ab omnibus habendus pro vero Martyre.

Quid miramur? Deus est qui facit: qui in illis privilegijs, quæ ex sola sua liberalitate ipse concedit, potest, nullā factā aliqui injuriā, hanc, vel illam exigere conditionem, & circumstantiam, quantumvis per illam non addatur ex parte ipsius hominis meritum aliquod majus.

Patet in ipso exemplo Martyrij; nam licet actio externa, neque augeat neque minuat valorem operis, ut multi docent (verè an falso hīc non disputo) adeoque duo qui æqualem habent volitionem tolerandi mortem pro Christo, sint apud Deum æqualis omnino meriti; tamen si unus re ipsa eam non sustineat, quia carnifex destituit eam infligere; alter verò eam patiatur, hic erit re ipsa Martyr, ille verò non, ut communiter omnes docent.

Excipio Magistrum de Martinis, qui contendit propositum sustinendæ mortis

Contra Ma-  
gistrum de  
Martinis.

sufficere; idque quia Martyrium est actus virtutis, hic autem à nostra voluntate pendet: porrò re ipsa mortem subire non est in nostra potestate, sed pendet ab arbitrio Tyranni.

Respondeo, Martyrium esse actum virtutis, sed externum, sicuti suscepimus Sacramentorum, quæ etiam propriea non semper est in potestate hominis. Quis tamen ideo dixerit, solam internam voluntatem suscipiendo Sacramenta, quamvis æqualis meriti cum illa voluntate, que conjugitur externæ susceptioni, causare gratiam ex opere operato?

Bene ergo ad rem nostram dixit Nicephorus lib. 6. c. 20. Id genus mortis (logitur de his, qui moriuntur in servitio pestiferorum) pietate multâ & fide robatur nam multum (ita verit Joan. Langus) videbatur abesse à Martyrio. Non multum, inquam, ergo secundum Nicephorum simpliciter absit à Martyrio.

Profectò cùm verus & propriè dictus Martyr nullam spem habeat evadendi mortem, aut certè tormenta per se illata mortis; equidem qui infervit pestiferis, plerumque sperat se evasurum mortem, & ideo uitium remedij preservativis, & quando infestas est remedij sanativis, & non pauci inveniuntur, qui vel non infauciuntur, vel certè liberantur ab infectione, quam ex servitio naturaliter contraxerant.

Iraque mors veri Martyris violenter, & certò infertur, cùm alia mors naturaliter, & fallibiliter occurrat. Discrepancia satis magna, ut quamvis non multum, attempo simpliciter id genus mortis absit à Martyrio.

Atque, ut progrediamur ad ultimam particulam conlusionis, scilicet, Non nescienti; quis dubitaverit milites ordinari pugnare cum spe evadendi mortem: imò occidendi invasorem? Finis pugnae victoria est, alioquin frustra pugnatur. Quod modò ergo non potius eligunt mortem inferre, quām perpeti? Unde patiuntur mortem magis ex necessitate, quām voluntate. Ecce quanta differentia inter militem pugnantem, & verum Martyrem non resistentem, sed pacificè mortem sustinentem. Nemo ergo miretur si veris Martyribus non annumerentur, qui Martyrum Domino in sua passione non conformatur.

Interim non dubito, quin milites in bello fidei occubentes plurimum mereantur, si recte fine & modo bellum gerant. Sæpe etiam contingit, ut pugna obligetur sub peccato, ita ut vel pugnandum sit vel

vel peccandum. Ergo qui tunc pugnam eligit, ne peccet, erit verus Martyr: nego consequentiam. Ratio patet ex dictis de servitio pestiferorum, quod etiam sepe potest esse obligatorium sub peccato.

Potuisse quidem Deus his omnibus decernere coronam Martyrij: quod autem fecerit, unde constat? Scimus Ecclesiam colere festum SS. Mauritij & sociorum ejus militum, non quia pugnando occubuerunt; sed quia sibi sponte sine resistencia mortem ferre maluerunt, quam imperata facere nefarij Imperatoris. Nescimus autem in rota Ecclesia celebrari festum aliquius Martyris, qui pugnando occubuit: cum tamen indubitanter plures fuerint, qui recta intentione, vel ob defensionem fidei, vel ob defensionem Reip. pugnantes, mortem operierint.

Quod clarius exemplum quam Judas Machabeus? Nonne pro patris legibus pugnavit, & pro fratribus suis? His enim verbis exhortabatur Mathathias morti proximus filios suos: 1. Mach. 2. v. 50. Nam ergo, ô filii, amulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento Patriam vestrorum. Et v. 64. Vos ergo filii confortamini, & viriliter agite in lege; quia in ipsa gloriosi eritis.

Sed & ipse Judas Machabeus populum exhortans ad praelium c. 3. v. 20. 21. & 22. dicebat. Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci & superbia, ut disperdat nos, & uxores nostras, & filios nostros, & ut spoliemus nos: nos vero pugnabimus pro animabus nostris & legibus nostris: & ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram. Et infra v. 58. Accingimini & estote filii potentes, & estote parati in manu, ut pugnetis adversus Nationes has, que convenerunt adversus nos, & sancta nostra: quoniam melius est nos mori in bello, quam vivere malae gentiis nostris & sanctorum.

Cum autem instaret pugna, in qua & occubuit, & fuaderetur ipso fuga, quid putatur eum respondisse c. 9 v. 10. Abfir istam rem facere ut fugiamus ab eis: & si appropinquaret tempus nostrum, moriarum in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen glorie nostra.

Posuit itaque Judas animam suam pro fratribus suis, pugnavit, occubuit pro legibus Dei sui; pugnarunt plures alii in illo bello prorsus iustissimo in defensionem legis divinae, & boni communis: attamen nullum eorum Ecclesia agnoscit pro vero Martyre; sicut agnoscit & colit pro veris Martyribus septem fratres Machabaeos, quos cum matre sua non resistentes uno die occidit Rex Antiochus 2. Mach. 7. pro patriis Dei legibus.

Fatetur Martyrem Eleazarum, qui 2. Mach. 6. patienter sustinens voluntariè praebat ad supplicium, ac fortiter pro gravissimis, ac lancifissimis legibus honesta morte perfunctus est. Eleazarum autem qui 1. Mach. 6. legitur se dedisse, ut libaret populum suum, & acquireret nomen æternum, currens audacter in medio legionis, occidens à dextris, & à sinistris; quis, inquam, ipsum jure reputaverit Martyrem, quantumvis mortuus illic sit?

Si dixeris, pugnavit, & mortuus est, ut acquireret nomen æternum: similiter Judas Machabeus, ut non inferret crimen gloria sue.

Audi quid Scriptura testetur de Eleazaro vero Martyre v. 19. At ille gloriofissus man mortem magis quam odibilem vitam complectens voluntarie praebat ad supplicium. Et v. 25. Et ipse propter meam simulationem, & propter modicum corruptibili vita tempus decipitur; & per hoc maculam, atque execrationem meam senectutem conquiritam.

Nonne scriptum est: Melius est nomen bonum quam divitiae multæ Proverb. 22. v. 1. Et Eccl. 7. v. 2. Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosæ Hinc Eccli. 41. v. 15. Curam age de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi & magni. Curam egit boni nominis Judas Machabeus, curam egit Eleazarus, & posuerunt animas suas pro fratribus suis, & patriis Dei legibus: quid ergo corum Ex quo se: Martyrio defuit, si Martyr pugnat? Si au- quitur non omnes mor- tem pro fide aut vera virtute illatam effe Martyr: zium.

Neque contrarium ullibi docuit D. Aug. Citatur Epist. 180, ibi: Quia propterea pa- tientur, quia fratres, qui eis ad Christianam salutem indigebant, deserere noluerunt, sine du- bio sua animas pro fratribus ponunt. Et post pauca: Qui clades hostiles ideo non fugit, cum posset effugere, ne deferat ministerium Christi, sine quo non possint homines vel fieri, vel vivere Christiani, maiorem Charitatis invenit fructum, quam quia non propter fratres, sed propter se ipsum fugiens, atque comprehensus, non negat Christum, suscipit, Martyrium.

Certissime maiore charitatis invenit fructum, qui sine resistencia ab hostibus fidei partitur mortem (de quibus ibi loquitur D. Aug. ut patet ex textu) cum posset effugere, ne deferat ministerium Christi &c. quam qui fugiens persecutionem proper seipsum, atque comprehensus suscipit Martyrium: etenim præter fructum Martyrij quasi ex opere operato, fructum invenit ex opere operantis,

36.  
2. Mach. 6.

1. Machab. 6.

Prov. 22.  
Eccl. 7.  
Eccli. 41.

Ex quo se:  
Martyrio defuit, si Martyr pugnat? Si au-  
quitur non omnes mor-  
tem pro fide aut vera virtute illatam  
effe Martyr:  
zium.

Explicatur  
locus S. Aug.  
pro opposi-  
ta sententia  
adductus,

Ecc 3

operantis,

Cui Deus coronam Martyrij obdecivit,

35.  
Ut patet  
exemplio  
Jude Ma-  
chabaei,  
1. Mach. 2.

Ibid. 3.

Item 9.

Allorum-  
que cum  
ipso occisi-  
orum.

2. Mach. 7.

406 Disputatio 2. De Baptismo.

operatoris, scilicet ex charitate proximi. Ergo quicumque, & qualitercumque pro fratribus moritur, est verus & propriè dictus Martyr: nulla consequentia.

<sup>39.</sup>  
S. Thomas.

Atque hinc studio factum existimo, ut S. Tho. q. 124. a. 5. ad 3. dum ait, etiam defensionem Reip. si in Deum referatur, esse causam Martyrij, tamen alto involvat silentio, cur Ecclesia non colat ut Martires eos, qui in bello iusto moriuntur, prout sibi objeccerat in eodem tertio argumen-  
to, ad quod ibi responderet.

An in ali-  
quo casu  
defensio  
Reip. possit  
esse causa  
veri Marty-  
rij?

An milites  
si occidan-  
turi volentes  
se jam dede-  
re, aut fu-  
gientes pos-  
sint esse ve-  
ri Martires.

Si autem à me queritur, in quo ergo casu defensio Republicæ foret causa Martyrij? Respondeo, si innocens à Tyranno ad mortem postulatus, ultrò se occidendum traderet, ne Deum offendiceret. Obligat namque justitia legalis unumquemque in particulari, ut moriatur pro populo, & non tota Respublica pereat. Sed & milites in bello fidei erunt Martires si jam vieti, odio religionis occiduntur, sive si occidantur volentes se jam dederet, & arma abju-  
cientes, & ipsi ob eam causam mortem ac-  
ceptent.

Idem astero de ijs qui in fuga occidun-  
tur, aut etiam reluctantibus, non conando alteri malum simile inferre. Hæc enim re-  
luctatio non est propria resistentia, sed instar fuge. Patet in eo qui leviter reluctare-  
tur iustitiae publicæ, non conando ministris inferre gravius malum qui fugientis similiis haberetur; minimè autem dicere-  
tur positivè resistens, vim inferendo.

Huc usque de essentia Martyrij, quæ in-  
tegra perseverat, tametsi occidens præter  
veram virtutem, alios prætextus fingat.  
Nam etiam Judæi alia prætextabant contra Christum; nempe quod peccasset in le-  
gi Moysis &c. ideoque illum tamquam malefactorem videri volebant occidisse, &  
tamen quis ambigat Martyrem fuisse, inquit caput Martyrum? Profectò in primitiva Ecclesia (ait quidam) vix Martires alii,  
quam qui sub prætextu subversionis Reip. licet verè pro Christo, occiderentur. Quod ego vix aut ne vix quidem credo.

Sed quid si aliquis occidatur ex titulo mixto, & à parte rei existente, v.g. parti-  
tim in odium fidei, partim quod contra iustam Republicæ legem peccaverit? Respon-  
deret idem Author non fore Martyrem,  
quia ex delicto meretur mortem; adeoque tamquam malefactor moritur: secùs si delictum non esset de se sufficiens, ut mor-  
tem mereretur.

Ego autem non video quid repugnet aliquem mori & tamquam malefactorem,  
& tamquam Christianum. Moriatur ergo

40.

Quid si ti-  
tulus sic  
mixtus?

41.

pro peccato, moriatur etiam pro fide Christi aut vera virtute, quamvis gloria Martyrij minuatur, quia patitur ut malefactor, cur totaliter extinguitur cum etiam verè patitur pro Fide Christi, aut vera virtute?

Sed de his sat. Ad effectum Martyrij vocat nos doctrinæ series. Pro quo insi-  
tuitur

CONCLUSIO III.

Effectus Martyrij est gratia justificationis quasi ex opere operato, ac plenaria culpe & poenæ remissio, si sub-  
jectum debitè sit dilapi-  
sum.

Martyrium parvulis conferre gratiam habitualem, quæ justificant à peccato originali a deo certum est, ut non sine temeritate, ne dicam magno errore, negari possit. Probatur ex seni Ecclesiæ, que non frustra (D. Aug. auditis lib. 3. de libero arbitrio c. 22.) etiam infantes illos (nomen pro rursus excepto) qui, cum Domine Iesu Christi necandus ab Herode quererentur, occisi sunt, in honorem Martyrum receptos com-  
mendat.

Unde cantat in collecta diei festi SS. Innocentium: Deus ciuius hodiernæ diei præconium Innocentes Martires non loquuntur, sed moriendo confessi sunt. Et in hymno: Salve flores Martyrum, quos lucis ipso in limbo, Christi infector suscepit, ceu turbo nascenterij.

Eodem tamquam tales prædicant omnes SS. Patres & DD. Ecclesie, quidquid pauci sine ratione contradicant. Sufficit testimonium S. Leonis Pape Ser. I. de Epiph. c. 3. Quos rex impius exiit mando, Christus inferit calo, & quibus necdum sanguinis sui impedit redemptions, iam Martyni bunt dignitatem.

Quis autem ambigat multos ex illis necdum fuisse iustificatos à peccato originali? Etenim varij erant proles infidelium Iudeis permixtorum; plures quoque necdum erant oestudo nati, adeoque nec circumfisi. Deinde esto fuisse omnes antea iustificati, cur tamen magis quam alii parvuli in gratia difcedentes, colerentur specialiter ab Ecclesia tamquam sancti, si ratione mortis illatae speciale gratiam, aut sanctitatem non acceperint? Neque enim venerantur ob Circumcisionem, sed ob mortem toleratam pro Christo.

Pom

43. Porro quæ SS. Innocentium, eadem est ratio aliorum parvolorum, si contingat illos pro fide Christi, aut vera virtute occidi. Quid enim speciale potest in ipsis ex cogitari, quod non in alijs? Unde D. Leo Ser. 2. in Epiph. Ita Christus, ut nullum tempus ei esset absque miraculo, ante usum lingua potestatem verbi tacitus exercet, & quasi tam diceret; Sinite parvulos venire ad me, taliū est enim regnum celorum: nova gloria coronabat infantes, & de initiis suis parvolorum primordia consecrabit, ut diceretur, nullum hominem incapacem esse divini Sacramenti, quando etiam illa atas gloria esset apta Martyri.

*Ex promissione Christi generali.*  
3. Augst.  
Hoc igitur. privilegium Innocentium non est personale, dabitur alteri cuicunque, qui perdidit animam suam propter Christum. Qui enim (teste D. Aug. lib. 13. de Civit. c. 7.) generaliter dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto &c. alia sententia istos fecit exceptos, ubi non minus generaliter dixit: Qui me confessus fuerit &c. Et alio loco: Qui perdidit animam suam propter me &c. Certè minus generaliter dixisset, si non quemadmodum primâ sententiâ, ita & posteriori omnes omnino parvulos & adultos comprehendisset. Quod ergo Christus praefuit Innocentibus, idem præstare paratus est omnibus parvulis pro ipso similiiter mortuentibus.

3. Augst.  
Et quid illud? Edoceat D. Aug. l. 3. de Symbolo ad Catechumenos c. 4. Praefuit ei Christus ut pro Christo morientur, praefuit ut suo Sanguine ab originali peccato diverterentur. Natisunt ad mortem, sed continuo eos mors reddidit vite.

Clem. V.  
Hinc apostolè Clemens lib. 5. Constat. Apostolicarum c. 7. Quamvis fuerit Catechumenus, letis dicas: passio enim quam pro Christo sustinet cedet ei in veriorum Baptismum; quoniam ipse re ipsa commoratur Christo, alij in figura.

44. Scimus.  
Eiam res patvolorum in uteris maternis latenter, proposita.  
Quod probè intelligens D. Subtilis 45. dist. 4. q. 3. n. 2. Si quis, inquit, persequitur matrem gravidam; eadem de causa persequitur parvulum in utero eius: ergo si mater occiditur pro iustitia, similiter & parvulas. Si autem parvulus occideretur extra uterum haberet Baptismum sanguinis, si pro iustitia vel fide occideretur, etiam non baptizatus: ergo eodem modo rationabile est quod Deus non contemnet eum, pro simili causa in utero matris pessum. Planè, non contemnet eum præfertim si Tyrannus expressè intendat parvulum occidere. Nam si occidat matrem nesciens eam esse gravidam, res est incerta.

Negat Præpositus ad q. 68. a. 3. dub. 6. Probat; quia proles est distinctum super-

positum, cuius mors non sufficienter intenditur in odium Christi, quod Tyrannus velit matrem occidere. Confirmat Prisò; si quis occidat virginem nolentem pati detrimentum virginitatis, non ideo alius erit censensus Martyr, qui per accidens occidetur ex negligencia ejus, qui virginem invasit. Confirmat Secundò; puer non videretur Martyr quo casu aliquis volens matrem in odium religionis occidere, simul vellet occidere infantem, ut alius consanguineus audeat hereditatem, vel quia est proles inimici sui.

Sed his non obstantibus contraria sententia, quam docet Regius ad q. 66. a. 12. dub. 1. n. 123. secutus Gabr. 4. dist. 4. q. 2. a. 3. dub. 2. Henriquez de Bapulmo c. 38. & alios, videtur probabilius: quia etiam tali casu occiditur propter Christum, seu perdit animam suam causâ Christi; plaga liquidum ex qua moritur infertur ex odio Christi, eti mors parvuli expresse non intendatur.

Confirmatur, quia eti Tyrannus aliquem vulneraret etiam cum expressa intentione non occidendi, & taliter ut per se non foret nata sequi mors, sed tantum ratione conditionis personæ ab occidente ignorata, adhuc verus esset Martyr, posito quod mors re ipsa inde sequeretur.

Nunc ad probationem Præpositi. Respondeo: proles est distinctum suppositum physicè, concedo; moraliter, nego. Appello Doctorem Subtilem supra n. 2. Quoniam inquit, ad servitatem temporalem, filius dum est in utero, non est distinctus à matre: non enim habet Dominus dominum in parvulo, nisi quia in matre.

Unde qui emptione, vel aliter accipit dominium matris, eti ignoret eam gravidam, simul sit Dominus parvuli abique alia expressiori intentione: nam partus sequitur ventrem L. Partum 7. Cod. de Rei vindicatione: Partum ancilla matris sequit conditionem, nec statum patris in hac specie consideravi, explorati iuriis est. Ergo similiter sufficienter intenditur mors prolixi in odium Christi, quod Tyrannus velit occidere matrem, cui occisioni per se, id est, ut plurimum, mors prolixi conjungitur. Ex quo patet solutio prime confirmationis.

Ad secundam dico: talis puer videretur Martyr, quia alii sunt falsi prætextus; vel si vera motiva & iusta, transeat non videatur Martyr: Igitur (infert Præpositus) eo ipso quo Tyrannus tendit in matrem, non sufficienter ad rationem Martyrij censetur tendere in prolem: alioquin in casu positivo censetur tendere, cum quodlibet aliud

Maxime si  
laetere cog-  
nocantur

45.  
Imo esto  
ignotentia  
Regius,  
Gabr.,  
Henriquez,

46.  
Cum iunc  
proles cum  
matre sit  
unum sup-  
positum  
morale,  
Secundus,

Et patres  
sequatur  
ventrem,  
L. 7. Cod. de  
rei vendic.

47.

aliud motivum appositum non posset destruere sufficientem tendentiam in problem, quæ eo ipso necessariò invenitur quod Tyrannus tendit in matrem.

Respondeo negando consequentiam, & ejus probationem; quoniam motivum acquirendi hæreditatem si solum est, licet non destruat tendentiam in problem, hoc est, intentionem occidendi, ut patet; destruit tamen tendentiam sufficientem ad rationem Martyrij, hoc est, intentionem occidendi in odium fidei, quæ planè necessaria est, adeò, ut si duo Catholici, eodem modo dispositi ab eodem Tyranno occidentur, unus tamen in odium fidei, alter autem ut Tyrannus adiret ejus hereditatem, prior esset Martyr, secus posterior.

Dixi notanter, si solum est; quia non video, quin aliquis esset verus & proprius datus Martyr, eti simul occideretur in odium religionis, & ut occidens posset adire ejus hæreditatem; nam revera occiditur pro fide Christi aut verâ virtute, quamvis non sola.

Ceterum particularem intentionem posse destruere generalem aperiissime ostenditur in Sacerdote, qui per intentionem generalem consecrat omnes gurtas vini intrinsecus adhaerentes calici, nisi per particularem intentionem alias excludat. Consimiliter consecrat omnes hostias ante se positas ad consecrandum, nisi particulariter alias excludat. Licet ergo Tyrannus occidens matrem in odium fidei, per generalem intentionem ex eodem motivo velit occidere problem; attamen destruere illius per intentionem particularem directe oppositam, cur erit impossibilis?

Huc usque de justificatione parvuli; cui minimè obstat Concil. Trident. docens less. 6. c. 4. eam non posse fieri post Euangelium promulgatum sine lavacro regenerationis aut ejus voto; loquitur quippe de eo, quod ordinariè & per media à Deo instituta ad nostram salutem fieri solet; quale non est Martyrium. Agit enim contra hereticos nostri temporis, qui negant Baptismum esse pueris necessarium, affirmant que illos sine illo, etiam ordinariè, in fide parentum possè salvari.

Unde less. 7. eisdem damnans, & hanc suam sententiam explicans can. 5. de Baptismo ait: *Si quis dixerit Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem; anathema sit.*

Herculè effectum Martyrij non evacuare necessitatem Baptismi, vel ex hoc solo satis probatur, quod ut dicit Scot. 4. dist. 4. q. 6. n. 4. & infra latius explicabitur,

baptizatus Baptismo sanguinis, si postea est nobiscum viator, teneat affecta, & pro laco & tempore recipere effectu Sacramentum, id est, Baptismum fluminis.

Accedit nullam regulam tam generalē esse, quin pati possit aliquam exceptionem. Porro non excipi sine fundamento Martyrium parvolorum, arbitror ex dictis suis manifestum.

Neque minor est ratio excipiendi Martyrium adultorum, imò major; in his enim mors habet formaliter rationem Martyrij, & confessionis Christi; materialiter autem locum in parvulis, qui non loquendo, sed præcisè moriendo confitentur.

Itaque Martyrium conferre adultis gratiam habitualē quasi ex opere operato est communior SS. Patrum & DD. Ecclesiæ sententia. Profectò si aliquid probant Scripturæ superius allegatae, & dicta SS. Patrum, quid minus effectu gracie sanctificantis fine merito, vel supra illud, hoc est, quasi ex operato? Alioquin quid speciale dabatur illi viro, qui animam suam perdidit propter Christum? Et tamen aliud quid speciale ipsi promittitur.

Dices; dabitur ei aureola Martyris, remissio omnis peccata, & major grata ex opere operantis.

Sed contra; etiam parvulus dabitur aureola, & remissio omnis peccata præter gratiam sanctificantem, quam acipiunt ex opere operato, hoc est, absque corum merito, cujus sunt incapaces. Cur ergo illam negabimus adultis?

An forte quia adulti merentur per voluntatem suscipiendi Baptismum, ideo non acipiunt gratiam sanctificantem ex opere operato per realem susceptionem Baptismi? Absit ut opus meritorum impediatur effectum Sacramenti, quin imò perfectioni dispositioni, perfectioni correspondet gratia ex opere operato, ut dictum est disp. preced. scđt. 5. Conclus. 1.

Unde sicuti parvulus numquam accipit tantam gratiam per Baptismum, quantum adultus; raro etiam peccator in Sacramento Pœnitentiae tantam, quantum iustus pari ratione numquam parvulus accipit tantam gratiam per Martyrium, quantum adultus; raro etiam peccator tantam, quantum iustus.

Sanè si adulterus per Martyrium non accipit gratiam nisi ex opere operantis, quomodo passio pro Christo ceder. Credo hinc in veriore Baptismum? Ceder tamen juxta Clementem supra, & alios SS. Patres.

Ceder omnino, inquit, Adversarij.

48.  
Licet simul  
occidi-  
tur ut occi-  
dens adiret  
hæreditatem.

49.  
Conclusio-  
ni non ob-  
stat Conc.  
Trident.

Definiens  
baptismum  
esse neces-  
sarium;

Scotus.

non ratione virtutis, quam habet ad justificandum; sed quoniam Martyr re ipsa commoritur Christo, alij in figura.

Praeclarè! Verumtamen num ideo lætus discedet Catechumenus, quia re ipsa commoritur Christo, si non accipit eam gratiam, quam acciperet si commoreretur solum in figura?

Dices; accipit illam gratiam, sed ex opere operantis. Respondeo; opus operans magis incertum est, quām opus operatum; unde ex hoc non lætus, sed magis tristis debet discedere. Præterea Catechumenus suscipiens Baptismum fluminis cum illa dispositione, quam Adversarii requirunt ad Baptismum sanguinis, præter gratiam ex opere operato, accipiet aliam ex opere operantis. Quia hīc ergo causa lætitia, si Martyrium conferat gratiam solum ex opere operantis?

Dixi autem, quasi ex opere operato; quia gratia sanctificans ex opere operato propriissime sumitur pro illa gratia, quae sine merito, vel supra illud confertur per aliquod opus, v.g. Sacramentum, prout opus est ministri, & ex vi institutionis sua: & tali modo Martyrium non confert gratiam ex opere operato; quia actio ministri mala est; actio autem patientis ad hoc specialiter non est instituta, ut gratiam conferat; ubi enim talis institutio legitur? quamvis Deus ex sua liberalitate promiserit dare specialem gratiam illud opus facienti, id est, mortem pro se patienti.

Atque hoc est quod dicit D. August. lib. 13. de Civit. cap. 4. Nunc vero maiore & mirabiliore gratia salvatoris in usus iustitiae, peccati pana conversa est. Tunc enim (in paradi) dictum est homini: Morieris si peccaveris. Nunc dicitur Martyr: Morere ne pecces.

Eccl. 7. Mors ergo non ideo bonum videri debet, quia in tantam utilitatem, non vi suā, sed diuinā opitulatione conversa est: ut que tunc metuenda proposta est, ne peccatum committatur, nunc suscipienda proponatur, ut peccatum non committatur, commissumq; deleatur, magnē victoria debita iustitia palma reddatur.

Commissum, inquam, deleatur, non unum, aut alterum, non hoc tantum, vel illud; sed, ut delicta omnia dimittantur: verba sunt ejusdem S. Doctoris in eodem capite.

Et verò quomodo magnæ victoria debita iustitia palma redcleretur, si non plenariè remitteretur culpa, & pena? Numquid (ait D. Cyprianus epist. 73.) potest vis Baptismi esse maior, aut postor quām confessio? quām passio? ut quis coram hominibus

Christum confiteatur, & sanguine suo baptizetur? Baptismus autem numquid plenariè remittit culpam & penam? Nemo Catholicus dubitat.

Ad instar  
gratia b.  
plenaria.

Nec ergo dubitare debemus quin eamdem remissionem conferat Martyrium: quod SS. Patres non solum comparant, sed etiam præferunt Baptismo in efficacia. Neque enim (ut oris verbis D. August. s. Augst. præ) tanti sunt meriti, qui cum mortem diffondere non possent, baptizati sunt, deletisq; omnibus peccatis ex hac vita emigrarunt: quanti sunt hi, qui mortem diffondere cum possent, ideo non distulerunt; quia maluerunt Christum contendo finire hanc vitam, quam eum negando ad eius Baptismum pervenire.

Hinc Innocentius III. in cap. Cum Marte. §. finali, requisitus, quare fuerit mutatum, quod in secreta B. Leonis, secundūm antiquiores codices continetur, sic videlicet: Annue nobis Domine, ut anima famuli tui Leonis hac profis oblatio: cū in modernis sacramentarijs habeatur: Annue nobis quesumus Domine, ut intercessione Beati Leonis, hac nobis profis oblatio, Respondet: Quid cūm sacra Scriptura dicat auctoritas, quid mihi facit Martyr, qui orat pro Martire: idem est ratione confimili de alijs Sanctis sentiendum.

Sed ubi hoc Innoc. legerit in Scriptura ignoro. Scio dictum esse D. August. serm. 17. de verbis Apolloni: Inuria est pro Martire orare, cuius nos debemus orationibus commendari: certavit enim contra peccatum usque ad sanguinem.

Idem Tract. 84. in Joannem: Ideo quippe ad ipsam mensam non sic eos (Martyres) commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis (Martyribus) oremus, sed magis ut orent ipsis pro nobis, ut eorum vestigia adharetamus, quia impleverunt ipsis charitatem, quā Dominus dixit non posse esse maiorem.

Indubie autem, si Martyrium non dereret omnem culpam & penam, esset pro Martire orandum, & sacrificandum, sicut pro ceteris, ut à penis restantibus posset absolviri.

Confirmatur; quia Ecclesia eo ipso quo constat de vero Martyrio, etiam immediate post mortem, invocat & colit Martyrem, tametsi certò constet in vita saepius graviter peccasse: ergo supponit omnem culpam & penam vi Martyrii esse dimisam; aliunde quippe hoc non potest supponere, cùm facile possit contingere, ut actus quo mors acceptatur per se ex opere operantis non sufficiat ad remissionem tot penarum restantium.

Et Ecclesia  
invocat &  
colit Mar-  
tyrem im-  
mediate  
post mor-  
tem.

Fft

Addidij

53.  
Ratio cur  
dicatur  
quod quasi  
ex opere oper-  
ata confe-  
rat gra-  
tiam,

s. Augst.

Utique  
mundan-  
tem ab om-  
nibus dei-  
ctis.

54.

s. Cyprian.

56.  
Sicut Ba-  
ptismus ita  
Martyrium  
non confit  
effectum  
nisi subje-  
cto debite  
disposito.

Addidi vero in conclusione: *Si subiec-  
tum debite sit dispositum; quia quamvis Mar-  
tyrium, ut statim dixi, preferatur a SS.  
Patribus Baptismatis Sacramento, scilicet  
quoad perfectionem effectum; equidem  
quod promissionem dandi gratiam, & re-  
mittendi omnem culpam & penam exi-  
stimo Baptismum esse aequalem, ne dicam  
preferendum, utpote qui per se magis est  
institutus ad illum effectum. Sicut ergo  
Baptismus non confit effectum gratiae, aut  
remissionis omnis culpae & penae nisi sub-  
jecto disposito, ita nec Martyrium.*

Dubitas de qualitate dispositionis?

#### CONCLUSIO IV.

**Qualis dispositio requiritur &  
sufficit ad effectum Baptis-  
mi, talis requiritur, & per  
se sufficit ad effectum Mar-  
tyrij.**

57.  
Quia autem  
ad effectum  
Baptismi  
eadem re-  
quiritur  
dispositio  
ad effectum  
Martyrij

*Mar. ult.*

Quia sine  
funda-  
mento major  
requiri-  
re-  
tur  
ad unum quam  
ad aliud;

*s. Cor. 13.*

Scriptura  
enim que  
requirunt  
mortem  
pro Christo  
ad sum-  
mum exi-  
gunt ali-  
quem affe-

**M** Oveor ad hanc sententiam ( quæ  
est gravium & multorum DD. )  
principiū auctoritatibus SS. Patrum jam  
sapientiū allegatis, in quibus Martyrium in  
virtute conferendi gratiam, & delendi peccata  
saltēm æquatur Baptismo. Nonne in  
sacro Eloquio simpliciter promittitur vita  
æterna morientibus pro Christo, sicuti  
promittitur baptizatis Mar. ultimo v. 16.  
*Qui crediderit, & baptizatus fuerit salvus erit?*  
Quo ergo fundamento major dispositio re-  
quiritur ad unum, quam ad aliud?

Fundamento, inquis, desumpto vel  
ex illa Scriptura, quæ promittit vitam  
æternam morientibus pro Christo: non  
enim censetur mori pro Christo, qui non  
moritur ex vero affectu charitatis &  
dilectionis Dei super omnia. Adde quod  
dicit Apost. 1. Corinth. 13. vers. 3. Et si  
tradidero corpus meum ita ut ardeam, charita-  
tem autem non habuero nihil mibi prodest. Ergo  
ad effectum Martyrij prærequiritur chari-  
tas. Ergo in peccatore non sufficit attrito,  
quæ tamen sufficit ad effectum Baptismi,  
sed requiritur perfecta contritus.

Debole satis fundamentum ad negan-  
dum Martyrio effectum remissionis pecca-  
torum in adultis, quem D. August. tam  
constanter, & expressissimis verbis illi tri-  
buit. Enimvero quod attinet ad verba  
Christi Matth. 10. vers. 32. *Omnis ergo  
qui confitebitur me coram hominibus &c.* &

vers. 39. *Qui perdidit animam suam pro Christo, inueniet eam; ad summum probant, mortem in odium Christi illatam, ex affectu aliquo supernaturali esse acceptandam, juxta superioris dicta conclus. 1.*

An putas quia non confitetur Christum,  
aut moritur pro Christo, qui ideo con-  
fitetur, & moritur ne in æternum perdat  
Christum? Autcula diligenter, & ani-  
mo imprimi verba D. August. lib. 13.  
de Civit. cap. 8. *Si enim diligenter confitetur, remus, etiam cum quisque pro veritate fideliter & laudabiliter moritur, mors caveretur, ideo quippe aliquid eius suscipitur, ne tota conuictus, & secunda insuper, que numquam finitur, accedat. Suscipitur enim anima a corpore separatio; ne Deo ab anima separato, etiam ipsa separetur a corpore, ac sic totius hominis prima morte completa, secunda excipiat semperna. Quocirca mors quudem, ut dixi, cum eam morientes patiuntur, cumq; in eis, ut moriantur, facit, nemini bona est, sed laudabiliter toleratur, pro tenendo, vel adipiscendo bono. Quid illistrui dici poterat?*

Adde testimonium ipsius Christi loco 39.  
jam citato v. 28. *Nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam,*

Interrogatur peccator, an credit in Christum, & obsequens voci Christi, timens eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam, respondet: *credo. Occiditur a Tyranno; & cogitare potest Deum perdere animam, & corpus eius in gehennam? Nolim cogitare, nolim dicere, ne videar improbar, quod Christus approbat.*

Certè in ipsis Scripturis objectis, ad confitendum se, & perdendum animam suam propter se, excitat spe vita æterna dicens: *Confitebor & ego eum coram patre meo. Et: Inveniet eam.*

Accedit ( ut omittam, quod Mar. 8. v. 35. addatur: Propter Euangeliū, quod tamen non est objectum affectu charitatis diligendum ) illas Scripturas generatim intelligi de omnibus Martyribus etiam infantibus, quos tamen confitit esse incapaces amoris, imò cujuscumque alterius actus virtutis.

Et si quæritur, quomodo ergo illi perdant animam suam propter Christum; respondent omnes; quia in odium Christi occiduntur; ita ut per Christi occiduntur, referatur ad ipsos inferentes mortem, juxta illud Christi Luc. 6. v. 22. *Beati eritis cum vos oderint homines, & ceterint nomen vestrum tamquam malum propter filium*

*Matth. 5.* filium hominis. Item Matth. 5. v. 11. Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vobis propter me.

Denique secundum communem loquendi modum, omnis ille miles dicitur mori propter suum Principem, qui ne fidem illi datam frangat fortiter pugnando occumbit, tametsi id nullo modo faceret, si non obligaretur.

Ecce quām parūm probet sententiam Adversariorum *ly proptey me?* Nec plus momenti habent verba Apostoli, quæ varias patiuntur interpretationes.

*61*  
Explicatur  
locus Apo-  
stoli f. Cor.  
73.

Prima sit, in illo loco non agi de Martyrio: siquidem non dicitur: *Si tradidero corpus meum propter Christum*, quod requiritur ad Martyrium; sed tantum: *Si tra- didero corpus meum ita ut ardeam, charita- tem autem non habuero.* Quod tunc fit, quando vel cum tali opere adest voluntas peccandi mortaliter, vel opus procedit ex vanâ gloria, aut alio fine venialiter tantum malo.

*Primò de*  
*charitate*  
*materiali.*

Sin autem faciat propter Christum, quamvis non necessariò debeat adeste formalis dilectio, eisdem non facit sine charitate; quia ipso opere quasi exhibet dilectionem, juxta illud Joan. 15. vers.

*13.* Maiorem hanc dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis; quia videlicet est maximum opus, quod à charitate potest imperari.

Secunda: duobus modis intelligi potest traditio corporis sui sine charitate, scilicet sine charitate antecedente, que sit aliquo modo causa operis vel simpliciter, vel in esse meriti; & sine charitate concomitante, ita ut ex tali opere non sequatur charitas. Rursus duobus modis accipi potest, traditionem corporis sine charitate non prodebet, scilicet ex opere operantis, seu per modum meriti, & sic est eadem ratio de elemosyna & de Martyrio; vel ex opere operato, aut quasi, & sic est diversa ratio, ut patet.

*62.*  
Secundò de  
charitate  
concomi-  
tante.

Jam ad propositum, tradere corpus suum pro Christo, ita ut ardeat sine charitate antecedente, nihil prodebet ex opere operantis, concedo; nihil prodebet ex opere quasi operato; nego: hoc enim est quod contendimus, mortem pro Christo etiam sine formalis dilectione antecedente, aut habitu charitatis insulo, si reliqua adhuc, conferre habitum charitatis justificantem.

Alioquin si nec charitas antecedat, neque sequatur, verissimum est confessio nem hujusmodi prorsus esse inutilem:

pro ut etiam inutilis esset suscepitio Baptismi, de quo eodem modo dicere potuerit Apostolus: *Si Baptismum recepero, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodebet: ex quo tamen non sequitur ad Baptismum antecedenter requiri charitatem vel actualem vel habitualem.*

Loquitur ergo Apostolus de ijs, quæ nec habent charitatem, nec ad eam sunt dispositi: quippe instruit ibi Corinthios, inter quos erant graves contentiones & schismata, ut pater ex c. 1. & 3. qui nichil omnino gloriantur multum in suis externis actibus, in scientia, eloquentia, dono prophetæ & linguarum; quos docet, illa omnia nihil profutura eis ad salutem, quamdiu perseverarent in suis dissensionibus, quæ non consistebant cum charitate Dei.

Itaque ad argumentum in forma, Respondeo neg. conseq. & idem dixi in Conclusione: *Per se sufficit;* quoniam per accidens, id est, ratione aliquius obligationis extrinsecè adveniens, aliquando requiritur contrito perfecta, seu actus dilectionis Dei super omnia. v. g. si Martyr numquam in vita eliciisset actum charitatis, cum jam infest finis vita, tenetur eum elicere ad præceptum dilectionis Dei implendum.

Consimiliter præceptum propriæ charitatis dictat medium securissimum salutis esse eligendum, quantum fieri comodi potest. Cum ergo multi Dd. iisque non infirma auctoritas, existimat Martyrium non justificare sine contritione aut actu charitatis, si vis esse securus de præmio, elige contritionem, aut actum charitatis, reliqua attritione, & actu speis.

Ex quo patet, quare potius liceat suscipere Baptismum cum sola attritione cognita ut tali; quia videlicet homo tunc non semper est in extremo periculo. Deinde multò certius est Baptismum cum sola attritione justificare, quandoquidem per se sit institutus ad delendum peccatum, & dandam primam gratiam: Martyrium autem non est ordinatum ad hunc effectum; licet si excellentior actus virtutis, utpote ex natura sua testimonium fidei,

Alla effra-  
tio de Ba-  
ptismi

Fff 2

## Disputatio 2. De Baptismo.

412

fidei, aut veræ virtutis, cui ex divina liberalitate propter suam excellentiam adjuncta est promissio gratiae, & glorie, præter id, quod correspondet merito de condigno, quando Martyr est in statu gratiae. Ceterum hæc promissio non tollit obligationem, convenienti & ordinario modo operandi suam iustificationem & se preparandi ad mortem, quæ in Martyrio includitur.

64.  
Trident.

Quia Baptismus est medium ordinarij iustificationis,

Utrum relapsus integra peccatorum confessio.

In eius defecum sive cedit perfetta contritio.

Trident.

65.

Quo Marti-  
tyri pro ult-  
imo articulo non est  
difficilis,  
S. Augu-

Dubitatis quis sit ille ordinarius modus? Consule Concil. Trident. & dicet tibi sess. 6. c. 4. Quia quidem translatio (à statu peccati in statum gratiae) post Evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis, aut eius voto, fieri non potest. Ergo medium saltem ordinarij iustificationis pro homine non baptizatus est Baptismus fluminis in re vel voto.

Porro omnibus post Baptismum lapsis in peccatum mortale, docet eadem Synodus sess. 14. c. 5. jure divino necessarium existere integrum peccatorum confessio- nem. Ex institutione, inquit, Sacramenti Pœnitentie iam explicata, universa Ecclesia semper intellexit, institutum esse à Domino integrum peccatorum confessio- men, & omnibus post Baptismum lapsis necessariam existere.

In defectum autem Confessionis manet remedium, quod ante ejus institutionem fuit ordinarium, scilicet perfecta contritio, quæ etiam de facto iustificat antequam Sacramentum actu suscipiatur, ex eodem Concil. eadem sess. c. 4. ibi: Docet Præterea, esti contritionem hanc aliquando charitate perse-<sup>der</sup>am esse contingat, hominemq; Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritio- in, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.

Itaque si peccator Martyrio proximus non sit baptizatus, baptizetur; si baptizatus est, alteratur cum Sacramento Pœnitentie. Impossibilis est Baptismus, impossibile est Sacramentum Pœnitentie, conetur elicere perfectam contritionem de peccatis mortalibus, & actu non inhæreat peccatis venialibus, sic fieri, ut modico nunc dolore suffertato, plenariam recipiat omnis culpa & peccata remissionem, indubie effectus sub testamento vita æterna.

Neque difficile existimo in tali articulo cum gratia divina, sive cum abundantia gratiae divina, ut loquitur D. Aug. lib. 1. 3. de Civit. c. 7. elicere perfectam contritionem, aut amorem Dei super omnia. Sed quando, inquit S. Doctor, sine abundantia gratiae spiritus illius, qui ubi vult spirat, tantum Christum amare possent, ut eum in eam vita

discrimine, sub tanta spe venia negare non possemus; loquitur de non baptizatis, quibus etiam in Baptismo dimitteretur, quod timore mortis negaverant Christum.

Quin difficulter mihi persuadeo Christum permisurum, ut aliquis verè pro ipso moriarum sine debita dispositione, id est, ut moriarum cum actuali affectu peccati mortalis, immo forte etiam venialis.

Unde legitur in vita S. Nicephori apud Surium 9. Febr. quendam nomine Sapientiam cum pro fide Christi multa tolerasset, & jam ex eadem causa mortem gloriose oppediturus duceretur, Nicephorus que subinde in diversis urbis plateis occurfans, sibi ab eo ignosci periret, negasset, quæ ille sep̄iūs, tandem in loco supplicij, ad idolorum cultum cum transiisse. Et hoc arbitrio rationem quare Ecclesia non sollicita de dispositione Martyris, dummodo conster de vero Martyrio.

Interim non esse impossibilem voluntatem moriendi pro Christo cum actuali affectu peccati mortalis, probat exemplum mox allegatum. Neque ratio obflat. Que enim esset illa? An forte, quia velle ponere vitam pro fide Christi est dilectio Christi super omnia? sed hoc fallum est.

Quod probo; quia dilectio Christi super omnia includit propositum servandi omnia mandata; jam autem multi malent mori, quam fidem Christi negare, qui tamē idcirco non deferunt fornicationem, ebrietatem, & similia peccata, quæ minoris estimant, quam Christi negationem. Alioquin si talis voluntas est dilectio super omnia, quidni statim iustificet peccatorum sine formalis contritione? quod non facile quisquam admittet.

Certe potest quis paratus esse subire mortem pro amico, ne fidem datam violaret; equidem non idem diligit eum super omnia: pater, quia non habet illum pro ultimo fine: & multi sunt qui plurimi faciunt honorem, famam, posteritatis splendorem, & similia, quam propriam vitam; ita ut malint mori pro amico, quam fidem datam violare; non in quantum præcisè hoc est bonum amici, sed intuitu proprii commodi, quia videlicet moriendo æternum familiæ nomen acquirent, eum è contrario fidem violando non parant posteritatis splendorem dominuantur. Nam illa videtur vobis summo dilectio? Profectò magis est amor concupiscentia, quam benevolentia, aut vera amicitia.

Ita ne longius protractamus sermonem, nonne hereticus posset velle mori potius, quam Christum negare? Quis ideo dixerit

dixerit talen hominem diligere Christum super omnia? Itaque ponere animam pro Christo non est per se infallibile signum dilectionis Christi super omnia: quamquam fateri debeamus, inter signa dilectionis divinae, quae homines exterius dare possunt, Martyrium esse vel maximum, quia est per se illa mortis acceptatio non hoc dilectio super omnia, hec tamen ordinari illi est conjuncta; tum quia Deus singulari modo hominem in illo articulo abuodantia gratia sua, ut supra dixi ex D. Aug. ad eam excitat; tum etiam quia homo se quantum potest disponit, & omnium virtutum præsidia ad illum agonem accersit.

**67.** Quæ cùm ita sit, displicer aliquorum sententia, videlicet Martyrium sine penitentia remissionem peccatorum obtinere, non solum si repentinus aliquis casus locum adimat penitentia, sed etiam ubi locus sit penitentia, & memoria occurrit peccatorum. Ita docet noster Vega lib. 6. in Trident. c. 36. ibi: Itaque si studio unius Martyrij, & effundendi sanguinem pro Christo, nolit fidelis cogitare aliquid de suis peccatis, neque eorum penitentiam aliquam assumere, sed totus vacet morti, quæ subeunda sibi est, atque immovere & præsens esse iam cernitur, idque unum curare velit, quomodo libenter, alacriter, fortiter & magnanimiter pro fide usque ad mortem certet, & is quoque per Martyrij gratiam, & quidem gloriissime salvabitur.

Quia est de se sufficiens ad salutem remedium, Probat: Nam Martyrium de se sufficiens est remedium ad salutem. Et sicut in lib. de Ecclesiastis dogmatibus c. 74. legimus, in eo tota Baptismi Sacraenta compleuntur, & peccata non tantum dimittuntur, sed etiam extinguuntur.

Et qui duo novit media sufficiencia ad aliquem finem, prætermis unò potest alterò contentus esse. Cùmque Christus generaliter, & absque ulla exceptione dicatur. *Omnis qui confitetur me coram hominibus &c.* trepidare sanè videntur, ubi nullus est timor, qui tunc solum patunt Martyrium ad salutem posse sufficere, cùm locus non est penitentia, neque occurrit memoria peccatorum. Quasi verò aut debilitas nostræ memorie, aut inopinata saevitia inimicorum efficaciam possit & virtutem Martyrio tribuere, vel augere. Hactenus Ille.

**68.** Qui sanè non videtur trepidare, ubi magnus est timor, non quasi debilitas nostræ memorie, aut inopinata saevitia inimicorum efficaciam possit & virtutem Martyrio tribuere, vel augere; sed quia oc-

casionaliter facit subjectum dispositum, quod aliàs esset indispositum ad effectum Martyrij recipiendum.

Explico in Baptismo, quia Auctori præfato placuit, & meritò, Martyrium illi adæquare. Accedit Catechumenus ad Baptismum, non recordatur peccatorum præterritorū, & ideo nullum elicit actum penitentiae: baptizatur, accipit remissionem peccatorum. Accedit alius cum memoria peccatorum, non curat elicere formalem Penitentiam; sed id unum attendit ut eliceat veram voluntatem suscipiendi Baptismum: baptizatur; diceret Vega hujusmodi accipere remissionem peccatorum?

Manifestè contradiceret Concil. Trident. sess. 14. c. 1. ibi: *Fuit quidem penitentia universis hominum, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam & insitum asequendam necessaria, illis etiam qui Baptismi Sacramento ablut petivissent.*

Nonne Princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandi penitentiam commendans, dicebat Act. 2. v. 38. *Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum?* Et tamen non minus generaliter dixi Christus Mar. ultimo v. 16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit, quam de Martyrio dixit Matth. 10. v. 32. Qui confitebatur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Pare meo.*

Vides quomodo non bene sequatur, Martyrium de se est sufficiens remedium ad salutem; ergo non indiget penitentia tamquam præviâ dispositione ad suum effectum in homine peccatore? Nam Baptismum quis dubitat de se esse sufficiens remedium? Et tamen indiget penitentia in adulto peccatore ut justificet.

In adulto, inquam, peccatore, qui peccatorum reminiscitur, secus in immemore. An ideo debilitas nostra memoria augere potest, vel tribuere virtutem Baptismo? Nequaque, sed efficit ut sine formalí penitentia subjectum sit dispositum, quod aliàs esset indispositum ad effectum recipiendum.

Quaris autem quomodo hoc efficiat? Respondeo, impediendo positivum obicem, hoc est, actuale peccatum, quod aliàs committeretur contra præceptum Penitentia in articulo mortis, de quo alibi.

Hinc ad tertium argumentum Vega Respondeo: qui duo novit media sufficiencia ad aliquem finem, aquæ principaliter & per se instituta ad istum finem, prætermis unò potest alterò contentus esse, concedo: ceteroquin, si unum medium sit ordinarium, per se & principaliter institutum

Sed illud dis-  
cipuli non pos-  
se exempli-  
ficatur in  
Baptismo.

**69.**  
Ex quo id  
inferitur de  
Martyrio.

**70.**  
Et conclusio  
ditur non  
sufficere res  
lito medio  
ordinario  
assumere  
extraordi-  
nariam.

tutum ad aliquem finem; aliud autem extraordinarium, per accidens in defectum alterius ad eundem finem assumptum, indubie obligat medium ordinarium & per se, quando possibile est.

Alioquin dicamus Martyrem posse negligere Baptismum, negligere confessionem, et si commodissime queat illa Sacra-menta, remedia ordinaria & per se instituta ad remissionem peccatorum suscipere: quod non puto facilè Vegam concessurum; nisi etiam velit concedere peccatorem in articulo mortis reliqua confessione, contentum posse esse contritione.

Interim tamen planè mihi persuadeo, in casu naturalis oblytionis peccatorum, aut inculpate ignorantiae præcepti penitentiae, sufficeret formalem dilectionem Dei super omnia, que est virtualis contritio, aut etiam actum supernaturalem spei, qua est virtualis attritio. Unde si voluntas pro Christo moriendi talis sit, ex qua moraliter certò, si peccata & præceptum penitentiae occurreret, nasceretur formalis contritio vel attritio, cur non sufficiat ad verum Martyrium, uti sufficit ad verum, immo fructuosum Baptismum? Eò semper salvò, ut (sicut dictum est disp. 1 sect. 5. conclus. 2.) sit actus supernaturalis.

Rogat aliquis, quare non distinguum inter Martyrium verum, & fructuosum, sicut inter Baptismum verum, & fructuosum? Respondeo, quia Ecclesia agnoscit verum Baptisma sine effectu gratiae sanctificantis; non constat autem agnoscere verum Martyrium. Alioquin quæstio erit de nomine, in qua sequimur communem modum loquendi Ecclesiae. Et sanè immēritò videtur vocari Martyr, qui nullum accipit vel unquam accipiet effectum Martyrij; porrò quicunque validè baptizatur impresso suscipit characterem Christianitatis.

Igitur ut ad primum redeamus, & conclusioni coronidem imponamus, satis certum apparet, quod in peccatore adulto ad effectum Martyrij, & per consequens, iuxta sensum Ecclesiae, ad verum Martyrium, requiratur ad minus attritus supernaturalis, latet virtualis; conteri tamen, in & baptizari, vel Sacramentum Penitentiae sufficit recipere deberet, cui id foret possibile; adeoque ni faciat, ostendit se non ad latim attritus, sed vere attritum, cum attritio, iuxta Concilium Tridentinum, sect. 14. c. 4. sit animi dolor ac detestatio de peccato commissio cum proposito de cetero non peccandi: ipse autem actualiter peccet.

Sequitur quæstio quo tempore vel in-

stanti Martyrium conferat suum effectum, Resolutio erit

## CONCLUSIO V.

Recipitur effectus Martyrij cum per vulnera aut cruciatum homo naturaliter certò ad mortem disponitur; adeoque pluries aliquem posse Martyrem fieri putamus.

**V**identur esse Scotti 4. dist. 4. q. 6. n. 4. ibi: Ad aliud disco, quod baptizatus baptismo sanguinem, si polvra est, nobiscum viat, tenetur affectu, & pro loco & tempore recipiat effectu Sacramentum, id est, Baptismum suum; hoc autem quod supponitur est bene possibile, sicut de quibusdam legitur, quod sum facti ut Confessores, quia sustinuerunt his panes (naturaliter illatas mortis) pro fide. Hac ille. Nec video quid efficaciter possit objec- imo cur non debeat ita dici, supponit quod ad verum Martyrium non requiri- tur, ut mors re ipsa sequatur, de quo dis- mus supra.

Ratio ergo conclusionis est, quia hoc ipso sive instanti sive tempore, quod homo sic disponitur, jam est verus Martyr, & Martyrium est intrinsecè & essentialiter compleatum. Quidam igitur eodem instanti vel tempore conferat suum effectum infra causę naturalis non impedita?

Dicesex hac conclusione sequitur, Martyrem adhuc posse damnari. Respondeo concedendo totum de absoluta potestate ubi enim contrarium revelatum est? Quid si enim Deus Martyrem jam mortuum resusciteret? Que implicatio ut peccet mortaliter, & si in peccato usque ad mortem perseveraverit, finaliter damnatur? Nulli proorsus: sibi ipsi enim imputare debet quod peccet, cum possit non peccare, & consequenter quod damnetur.

Cæterum quia damnatio talis Martyris nimis dura appetit, ad divinam providentiam spectabit (tamquam multò conformatius divinæ bonitati). Martyrem in accepta gratia conservare, dando auxilia congrua, vel certè amissam per ordinata me- dia restituere.

Enimvero cum re ipsa ille habuerit, quidquid heroicæ actionis in Martyre defiderati potest, & quodammodo fuerit naturaliter ipsis iam debita gloria, non officiile credendum Deum fecisse illud mis- culum.

*Ne dicere  
debeamus  
Martyrem  
posse negli-  
gere baptis-  
mum &c;*

*Sufficit  
quandoque  
virtualis co-  
tritio aut  
attritio*

72.

*Neque di-  
stinguenda  
est verum  
Martyrium  
à fructuoso.*

*Ad utrum-  
que sufficit  
tentia recipere  
ad effectum  
attritus su-  
lis*

Deus tam id non  
permittit: culum, ut postea permitteret eum in æternum perire; quia hujusmodi miracula in favorem potius sunt Martyrum, quam in odium.

75. Sed instas; saltem præsumi posset, & meritò talem Martyrem sèpius postea pecare venialiter; adeoque pro tali orando non facerem ipsi injuriam; quod videtur esse contra sensum Ecclesiæ dicentis: *In iuriarum facit Martyri, qui orat pro Martye.*

Pro tali au- tem non esse oran- dum,

neret tandem extingueretur: sed dicitur vulnus lethale illud, contra quod non est naturale remedium, & necessariò ut iam infictum causat mortem: tale autem non erat projectio istius militis inter aquas congelatas; naturaliter enim supervixit; & alij etiam forte supervixissent, qui tamen diutius permanerant in aquis congelatis, nisi per tractionem crurium Deo placuisse nos coronâ Martyrij condecorare.

Sed numquid vulnus lethale erat missio Joannis Euangelistæ in servitio olei domini? Nemo dubitat; tanto siquidem tempore in illo permanuit, ut naturaliter non posset supervivere. Ideoque Ecclesia recordans hoc miraculum die 6. May recitat officium Martyris.

Neque obest, quod deinde specialiter celebret mortem ipsius in albo colore, ac si Martyr non esset; non obstat, inquam, quia portuit Ecclesia velle, & de facto voluit, ob excellentiam sanctitatis tanti Apostoli & Euangelistæ pacificam ejus mortem particulari feto celebrare. Alioquin simpliciter in rubro colore celebrat festum Sanctæ Thecla Virginis & Martyris, tametsi post varia tormenta divinitus superata, tandem in pace requieverit.

His neutiquam contrariatur Doctor Angelicus, sed magis faverit, quando 2. 2. q. 78. Quibus non  
124. a. 4. ad 4. dicit: *Contingit quandoque contraria-  
quid aliquis post mortalia vulnera pro Christo Angelicus  
suscepta, vel quacumque alias tribulationes con-  
tinuatas usque ad mortem, quas a persecutori-  
bus patitur pro fide Christi, diu vivat: in quo  
statu actus Martyrij meritorius est, & etiam ipso  
eodem tempore, quo hujusmodi afflictiones pa-  
titur.*

Toto etiam eo articulo, ut ex ratione illius constat, non requirit aliud ex parte hominis nisi tolerantiam illam, quæ perfectissime testificetur veritatem fidei: illa autem testificatio consistit adæquate in tolerantia vulneris lethalis: nam quod deinde divinitus impedit mors, non spectat jam, ut sic dicam, ad tolerantiam hominis, sed ad solum Deum, qui eam impedit miraculosè; maximè cùm ordinariè loquendo acceperit vulneribus omnino lethalibus, vix soleat homo sibi amplius esse præsens.

Nihilominus, ad evitandum inconveniens peccati in vero Martyre, malunt quidam dicere, effectum Martyrij conferri in ultimum ultimo instanti vitæ, si hoc sit vitæ intrinsecum, ita ut homo definat per ultimum sui esse: sic autem sit extrinsecum, ut habet communior sententia, docent tunc effectum Martyrij conferri in aliquo instanti, vel tempore imperceptibili præcedente,

q. 79.

Non con- cluditur ex verbis D. Auguft.

Porrò an tale privilegium providerit Deus hujusmodi Martyribus, nolim ego huc definire; quia res planè incerta. Potuit providerere si voluit, an voluerit, ipse novit, cuius est providerere. Hoc indubitanter astro, peccata venialia, aut etiam mortalia, si quæ ab illis committantur, non deleri per gratiam Martyrij præcedentis, tametsi ea in fine vita solùm daretur; sicuti non remittuntur peccata sequentia susceptionem Baptismi per gratiam illius, quantumvis tempore subsequentem, ut ostendimus disp. præced. sect. 6. conclus. 3.

Arguis rursùm: Inter 40. illos Martyres, quos Ecclesia colit nonà Martij, unus suscepit vulnus lethali, hoc est, inter congelatas aquas projectus, ubi naturaliter moriturus erat, defecit tamen, & deinde in peccato mortuus est.

Respondeo objectionem non esse ad propositum: ille enim tunc habuit naturalia media evadendi, & peccando fugit causam naturaliter illativam mortis. Igitur non suscepit vulnus lethale. Siquidem impræsentiarum non reputatur vulnus lethale illud, quod neglectum potest causare mortem: sic namque jejunans ad mediam horam, jam esset dispositus naturaliter ad mortem, quia si in illo jejunió perma-

76. Contra ob- elusionem obiectio- nis.

Aliqui re- cutunt ad ultimum vitæ instantis insinuatu-

Qui loqui- tur de Mar- tyribus in pace ques- centibus.

Responsio.

Explicando quid hic sit vulnus le- thale,

Allij ad instans aut tempus imperceptibile praeceperit.

Alij quæ commode assignant instans aut tempus perceptibile;

Sed quid est necesse recurrere ad instans,

vel tempus imperceptibile, quando æquæ commode potest assignari tempus, vel instans perceptibile? Peto enim an in illo instanti vel tempore imperceptibili possit per miraculum supervivere?

Si negas: ergo jam simpliciter mortuus es; ergo secundum communiorum sententiam illud instans, vel tempus est extrinsecum, & per conseqvens Martyr in instanti vel tempore post vitam finitam accipiet effectum Martyrij, qua sententia videtur parum probabilis: nam tunc posset dari casus, quod moreretur quis inimicus Dei, & tamen salvaretur. Daretur etiam momentum, in quo posset anima recipere gratiam, & non amittere: adeoque status merendi, & demerendi non essent pares.

Sin vero affiras in illo instanti, vel tempore imperceptibili adhuc posse Martyrem per miraculum supervivere, jam incurris inconveniens, quod vis evitare.

Et sanè quid impideat queat omnipotentiam divinam, ne Maryrem defunctum resuscitet, haec tamen non invenio. Quod ergo tali casu dixeris de præservatione resuscitati Martyris à peccatis mortalibus vel venialibus, idem dico de præservatione Martyris, cuius mors miraculosè fuit impedita, & cessabit omne inconveniens, quod tantoper timeas.

Nec poterit tibi displicere hæc illatio: Ergo plures aliquis potest fieri Martyr, si nimirum diverso tempore lethalia vulnera inferantur, v. g. hodie cum Joanne Evangelista mittatur in ferventis olei dolium, à quo divina virtute illæsus exeat: post annum autem decapitur. Sin autem moraliter simul inferantur v. g. haustò veneno statim suspendatur, aut alio mortis genere afficiatur; cùm disponant ad eamdem mortem, non videtur propterea Martyr duplicitum Martyrij effectum consecuturus.

Cæterum si à me queritur, an effectus Martyrij collatus fuerit etiam ante Christi adventum? Item an Martyrium sit positum in precepto? vel liceat ad illud se offerre?

Respondeo:

## CONCLUSIO VI.

Privilegium Martyrij extitit  
ab initio mundi. Raro Mar-

tyrium est in precepto. Nec licet se ad illud offere circa justam causam.

P Rima pars probatur ex illo Christi Matth. 23. v. 35. Ut venias super vos omnis sanguis iusti, qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacharia filii Barachie, quem occiditis inter plum & altare. Loquitur autem de sanguine Martyrum, ut patet ex versu praecedenti: Ecco ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & sequentia civitatem in civitatem.

Profecto ante passionem Christi fuisse veros Martyres patet in Innocentius, & Joanne Baptista. Quidam etiam ante adventum? Nonne Machabæi tamquam Martyres ab Ecclesiæ coluntur? Unde Nazianzenus oratione 20. quæ est de Machabæis docet illos in fide Christi consecutos esse iustitiam, & effectus esse nive candidiores. Consentit Tertull. & alijs, quos referunt sequitur Henriquez lib. 2. c. 36. n. 1.

Cur igitur non fuisset verus Martyr, qui ab initio mundi mortem gustasset ab impiis ne adoraret idola, vel ne deficeret verum Dei cultum; aut contra illius mandatum offendere? Enimvero non minoris est laudis id fecisse ante adventum Christi, ejus exemplo necedum proposito, quæ postquam Christus passus, nobis imitandi ejus vestigia exemplum reliquit. Nam, ut sit falso Nazianzenus supra, quæ Martyrium subiungit ante Christi passionem, quid factum erant, si post Christum perfectionem pati suffissent, emperatores mortem nostræ salutis causa suscepimus ad inuentandum propositum habemussemus? Quorum enim nullo proposito exemplo talis tantæ virtus sit, an non igit exemplum illud intuentes, fortius in certamen descendissent?

Nemo ergo miretur si iustum Abelem, dixerim Martyrem, qui minime resistebat, pro Domino ab impiis fratre occulsi. Pro Domino, inquam; quid enim dicit Scriptura Gen. 4. v. 4. ? Resipexit dominus ad Abel, & ad manera eius. Ecce causa mortis: sequitur namque: Ad Cain vero, & ad munera eius non resipexit; ita ut ei Cain vehementer, & concidit vultus eius. v. 5.

Si adhuc dubitas consule diligendum, quem diligebat Jesus cap. 3. Epistole 1. v. 12. Non sicut Cain, inquit, qui ex malo erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta.

Et si hinc inferas: ergo Martyrium eff

Nec inde  
sequitur  
quod Mart-  
yrium sit  
juris naturae  
privile-  
gium.

84.

Martyrium  
aliquo calu-  
sti prece-  
pium;

privilegium juris naturae: Respondeo ne-  
gan, conseq. sed est privilegium divinum  
a Christo quidem expressius declaratum  
Matth. 10. & alijs locis supra allegatis;  
attamen ante Christum subsistens, ut vi-  
detur colligi ex sensu Ecclesiæ: quam-  
quam Patres juxta exigentiam materie  
principi & ferè loquuntur de Martyrio  
novo Testam.

Quid dicam de præcepto Martyrii? Ra-  
rum est (ut ait secunda pars Conclusio-  
nis) cùm raro occurrat tanta necessitas,  
ut non liceat Martyrium fugâ declinare.  
Quando ergo est possumus in præcepto?  
Respondeo, quando dicitur tibi, aut pec-  
candum, aut moriendum; extra hunc casum  
sufficit Martyrium in animi prepara-  
tione, dum homo ita est affectus, & ani-  
mo paratus, ut si mortem obediens se of-  
ferret necessitas, aut occasio, non detre-  
staret, aut recularer; quamquam occasio-  
nem querere non tenetur, & habitat  
posse plerumque declinare: immo neque  
positivè & expressè tenet talen animum  
(qui infirmis non est proponendus) habere,  
sed suffici, dum interim occasio se non  
offert, non habere contrarium.

Tertiam partem Conclusioonis accipio  
ex D. Cypriano Epist. 83. ibi: Temeritate non caret temere procurare Martyrium. Et  
quis temere procurat? Qui sine justa  
causa, aut sine divino instinctu morti se  
ingerit. Porro justa causa videtur esse,  
quando omnibus consideratis Martyrium  
præcipitur, vel latrem confunditur. Præci-  
pitur autem, ut statim dixi, quando aut  
moriendum est, aut peccandum, hoc est,  
quando nisi te offeras morti, peccas con-  
tra fidem, ut veram virtutem. Confus-  
litur vero quando ex eo nihil aliud sequi-  
tur quam Dei gloria, & fidei exaltatio.  
Alioquin grave convincitur peccatum,  
absque sufficienti securitate de constantia  
cum pericolo casus Tyrannum provocare  
ad actum malum.

Æquissimum sane fuit Episcopi Mensu-  
rij decretum, quo de numero Martyrum  
expunxit eos, qui se à Paganis permis-  
erant apprehendi, & occidi, ut occasione  
persecutionis carerent onerosa multis debi-  
tis vitâ, vel purgare se putarent, &  
quasi ablucere facinora sua, vel certe ac-  
quirere pecuniam, & in custodia delitijs  
perfrui de obsequio Christianorum I. 3.  
breviculi c. 3.

Quid ergo? Licitum est, imò præ-  
ceptum confiteri fidem coram Tyranno,  
quando v. g. omissione confessionis continet  
gravem dichonorationem contra veracita-

tem divinam; etiam expressè protestando  
se passionem ex sua parte expetere, nec eâ  
obstante velle à fide declinare; sed potius  
sanguine effuso eam confirmare. Qui plus  
fecerint ignoscendum illis est, vel ob divi-  
num instinctum, vel ob ignorantiam, & bo-  
nam fidem, facilè intensò zelo conjunctam.

Scitè dixit Doctor Angelicus 2. 2. qu.

124. a. 1. ad 3. Non debet homo occasionem  
dare alteri iniuste agendi; sed si alius iniuste ege-  
rit, ipse moderate tolerare debet. Quid si ergo  
diceret Tyranno, quod dixit Christus Ju-  
dex, Joan. 13. v. 27. Quod facis, fac citius?

Respondeo non est vox impellentis, sed  
permittentis, ac si diceret, Non impediō, pér  
me licet ut quam citissime facias. Vox est non  
trepidii, sed parati, imò desiderantis suam  
passionem.

Cateroquin intrinsecè malum est in ri-  
gore loquenda Martyrium directè procu-  
rare, dicendo v. g. Occide me propter fidem  
(qua hoc est velle actionem injustam, &  
peccatum proximi) sic tamen ut licet ap-  
petas Martyrium, id est, passionem mortis  
pro fide, aut vera virtute (qua si non tota  
essentia, saltem est præcipua pars Martyrii)  
exemplo Christi, qui dicebat Luc. 12. v. 50.  
Baptismo habeo baptizari; & quomodo coarctor  
utque dum perficiatur?

Dices; passio ista essentialiter respicit  
actionem malam, saltem sine actione mala  
ordinariè non completur: ergo qui deside-  
rat passionem, etiam consequenter vult  
actionem.

Respondeo negando consequentiam, sed  
suppositâ actione mala, ad quam se habet  
permisiō, gaudet de passione in se bonâ &  
meritoria, imò sape obligatoria.

Dubitas adhuc? Expende mecum verba  
Apostolorum Act. 4. v. 27. & 28. Conve-  
nerunt enim rei in civitate ista adversus san-  
ctum puerum tuum Iesum, quem unxiſti, Hero-  
des, & Pontius Pilatus, cum Gentibus, & po-  
pulis Israël, facere qua manus tua & consilium  
tuum deinceps fieri. Siquidem est in malo-  
rum potestate (utor verbis S. Aug. lib. de  
prædestinatione SS. c. 16.) peccare; ut autem  
peccando hoc vel illa malitia faciant, non  
est in eorum potestate, sed Dei dividentis tenebras,  
& ordinantis eas.

Explico: Quamvis uniuscuiusque cordis (ait  
idem S. Doctor qq. super Exod. q. 18.) in  
malitia qualitas, id est, quale cor habeat ad ma-  
lum, suo siat virtus, quod nollebat, ex arbitrio vo-  
luntatis: & tamen qualitate mala ut hic vel  
illuc moveatur, cùm sive huc sive illuc male mo-  
veatur, causis si quibus animus propellitur,  
qua cause ut existant, vel non existant, non  
est in hominis potestate, sed veniunt ex occulta

Intrinsicè  
malum est  
Martyrium  
directè pro-  
curare.

Luc. 12.  
Licitum  
appetere  
passionem  
mortis.

87.

Exemplio  
Christi.  
S. Augu.

88.

G g g

provi-

Unde tales  
merito de  
numero  
Martyrum  
expugen-  
di.

86.

providentia, insitissima planè & sapientissima universum quod creavit disponentis & administrantis Dei. Ut ergo tale cor haberet Pharaon, quod patientia Dei non moveretur ad pietatem, sed positus ad inpietatem, vity propri fuit. Quod vero facta sunt ea, quibus cor suo rito tam malignum resisteret infisionibus Dei; hoc est enim quod dicitur, induratum, quia non flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resistebat, dispensationis fuit divina, quâ tali cordi non solum iusta, sed evidenter iusta pena parabatur, quâ timentes Deum corrigerentur.

Illustratur exemplo: Proposito quippe lucro v. g. propter quod homicidium committatur, alter avarus, alter pecunia contemptor movetur: ille scilicet ad facinus perpetrandum, ille ad cavendum ipsius tamen lucri propositio in aliqui illorum non fuit potestate: ita causa renum hominibus malis, que non sunt qualem in eorum potestate, sed hoc de illis faciunt, quales eos invenerint iam factos propriis vity ex præterita voluntate. Haec tamen Ille;

Et aliorum  
non deside-  
rantium  
malitiam  
persecuto-  
rum,

Sed ut ma-  
litia hoc in  
illis faciat  
quod Deo  
alter dispo-  
nente non  
ficeret,  
S. Leo.

Et optimè ad rem nostram: nam & Christus, & alij Martyres ipsius exemplo incensi, mortem pro veritate fidei omnibus modis exoptaverunt, orantes ut quod manus Dei, & consilium ejus fieri decreverat, in ipsis perficeretur & completeretur; haudquaquam desiderantes malitiam persecutoris, sed ut malitia sua hoc in illis faciat, quod Deo alter disponente non fecisset.

Unde interrogat S. Leo Ser. 1 6. de Passione: Numquid iniquitas persequentium Christianum ex Dei est orta confilio? Responder autem: Non hoc planè de summa iustitia sentendum est. Quia multum diversum est, quod in malignitate Iudeorum est præcogitum, & quod in Christi est passione dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, unde moriendi, ne de uno exiuit spiritu atrocitas sceleris, & tollerantia redemptoris. Non enim has impias furentium manus immisit in se Dominus, sed admisit, nec præfendo, quod faciendum esset, coegerit ut fieret, cum tamen ad hoc carnem suscepisset ut fieret.

Quidni ergo licet operibus pijs, v. g. prædicationi verbi Dei, administratione aut susceptioni Sacramentorum se expone, tametsi certò Martyrium inde immineat? Licit omnibus modis. In hoc enim, inquit Princeps Apostolorum Epist. 1. cap. 2. v. 21, vocati effis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.

Recedit igitur dixit Scotus 4. dist. 32. q. unicà n. 7. Martyres scientes se exponentes talibus tormentis, id est, tormentis, quæ impediabant usum rationis, non peccavarent, sed meruerant. Et ideo passim illa tormenta, immo & mortem ipsam prævidentes, a confessione fidei, & alijs bonis operibus non abstinuerunt sancti Dei homines, sedulè considerantes, quantum sibi & proximo per mortem pro virtute patienter tolerata proficerent. Inspice continuum Ecclæsiæ præxim, & ab illa ne recesseris in tempore persecutionis.

Porrò quia non omnibus datum est morti pro Christo, etiam illis, qui ardenter zelo Martyrij incenduntur, exemplo S. P. N. Francisci, Antonij à Padua, & plurimorum aliorum, gaudent bene atq; & à Deo ad tam arduum & heroficum opus prædestinati. Et si qui sunt nondum valenti pro eis ut vocentur oremus. Fortassis enim sic prædestinati sunt, ut nostris orationibus concedantur, & accipiant eamdem gratiam, quâ velint esse, arque efficiantur Martyres. Sed hæc fati de Mart.

Quod utique prævidens Christus his sectatoribus frequentiū obveniuntur, speciali Sacramento voluit illis providere de specialibus auxiliis in hac extrema lucta necessariis. Est autem Sacramentum Confirmationis, cuius essentiam, effectum, ministrum & suscipientem edidisse dispositione sequenti, & quantâ possum claritate explicabo.



DISPU.